



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571


VD16 G 2034


urn:nbn:de:hbz:466:1-41678



Th. 2346.

G. I
A. A.





DE OFFI
CIO EPISCOPI

ET ECCLESIAE CERE-
MONIIS TRACTATUS PER-


utilis, ad venerabilem Dominum D.

Guilhelmum Aurelianensem Episcopū,

ante annos ferè trecētos conscri-

ptus à Guiberto de Tornaco

ordinis minorum.



Coll. Sorvel Jesu Paderb. A.º 1595.

NUNC PRIMVM OPERA

& labore D. Theodori Cois-

feldij Coloniē. Ordinis

D. Anthonij in lu-

cem editus.

COLONIAE

Excudebat Adolphus Rostius.

M. D. LXXI.

DE OFFI

CIO ET

ET ECCLESIA

MONASTICA

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

PIETATE, GE-
NERE, ATQVE DO-
CTRINA PRAESTANTI VI-
ro, *D. Severino Scheiffart à Me-
raidt, Anthoniani instituti Præce-
ptori dignissimo, suus in Christo
Confrater Theodorus Coisfeldius
Coloniensis magnam precatur
salutem, & felicem admini-
strationem.*

Flagitarunt à me vi-
ri docti, tui meique
amantissimi, Præce-
ptor dignissime, vt
exercitij gratia in communem
Reipub. Christianæ utilitatem,
hunc tractatum de officijs Ec-
clesiæ & Missæ ceremonijs (quæ
ipse Guibertus de Tornaco or-
dinis Minorum posteritati ma-
nuscriptum reliquit) describe-
rem, descriptum, typis excudē-
A dum

E P I S T.

dum committerem, excusum
 multis fore & lectu incundum
 & perutilé. Aiebant enim esse
 optimi auspicij, si huiusce mo-
 numentis primitias studiorum
 meorum consecrarem; meq; fa-
 cturú rem cónvenientissimá vo-
 to & instituto meo, si non minus
 studij, operæ, & diligétia in de-
 scribēdo hoc tractatulo ostēde-
 ré, quā fecissent hoc nostro ævo
 nonnulli clarissimi ac doctissi-
 mi viri in transferendis externæ
 sapiētia authoribus. Quappter
 licet viris illis ingenio, doctri-
 na, & studio longe inferior sim,
 neq; in minimo etiam cum illis
 comparandus: nihil tamen ma-
 gis abs re mea fore duxi, quàm
 voti compotes reddere eos, qui
 hunc laboré describendi meis
 imposuerūt humeris. Me verò
 si T.P. vel alius quispiam rogi-
 tet,

tet,

N V N C V P.

tet, cur post tot fere myriades
 Authorum, qui de Missæ sacri-
 cio & officijs ecclesiæ siue de re-
 bus diuinis scripserunt, iam tan-
 dem actum agere, Penelopeſ-
 que telam retexere aggrediar:
 huic tacitè tale do responsum.
 Quum sua quodq; tempus pro-
 ferat ingenia, multum sanè in-
 ter se distantia, neque id solum
 diuerso temporis tractu eue-
 niat, sed vno eodemq; die repe-
 rias mille hominum mores, &
 ingenia diuersa iudiciaq; alie-
 na: fit hinc vt quantumuis varij
 Authores, qui eadem de re scri-
 ptitarunt, ab alijs atq; alijs ex-
 petantur, legantur, atq; colantur:
 eò magis hic Author (qui an-
 te hæc nostra secula incognitus,
 cuius nec ipse Tritthemius me-
 minit, nec vllus alius & scripto-
 rum, qui de officijs ecclesiasti-

EPIST.

cis scripserunt, & propter antiquitatem & breuitatem maximè legi & expeti deberet. Vixit enim ante annos ferè trecētos sub Alexandro IIII. Pontifice maximo. Ceterum circumspicienti mihi, cui hoc opusculum potissimùm dicarem, indignissime Præceptor, tu præ cæteris solus occurrebas: quippe quòd multis argumentis exploratum habeam, me in amicorum tuorum numero nõ posteriori semper abs te loco habitum fuisse: tum vel maximè, quòd tam honorificè atq; mirificè iam pridem me in tuo exceperis domicilio, quodq; idè institutum ac religionis habitũ profiteamur, iisdemq; votis ac statutis simus inuicem deuincti: quare mihi profectò ingratius viderer, si vlli alij, quàm tibi
hunc

N V N C V P.


hūc meū laborem licet exiguū,
 inscriberē. Accedit præterea sin-
 gularis Cōfratrū meorū in me
 amor & beneuolētia, qua vel so-
 la iure impelli deberem, vt cum
 nulla in re alia possum, saltē in
 hac me & tibi & toti Ordini me-
 morem gratumq; exhiberem.
 Tibi itaq; R. D. P. meritò hic li-
 bellus licet exiguus dedicādus
 videtur, eò quòd habeas in hoc
 tuo Collegio Colon. cōfratres
 Theologico studio addictissi-
 mos, sacrisq; ordinibus recēter
 initiatos, vt illi ipsi tanquā Ty-
 rones ex hoc opuiculiō addiice-
 re queant, quid sibi illi ritus fa-
 cri velint, quidue Ceremoniē
 in SS. Missæ sacrificio denotēt
 ac significēt, habeantq; ex eodē
 illo Authore iam primū in lucē
 edito certa quædam argumen-
 ta & loca ex veteri quàm no-

EPIST. NVNC.

uo testamento desumpta, quibus
ora nos oblatratium obstruere
& obturare possint. Si itaque R.
Præceptor, hoc exercitationis
genus gratū tibi esse cognoue-
ro, siquē tuo hortatu fuero insti-
gatus, gratiusquē ocio nostro cō-
sulueris: efficies pfectō, ut nō-
nulla alia eiusdē viri opuscula
huic nostro seculo accōmoda-
tissima, simili studio ac labore
describere, typisquē cōmittere,
ac tuo ascribere nomini, haud
sit graue & molestum. Equidē
maiora tibi præstare pro singu-
lari tuo in inē amore & cuperē
& deberē, sed quia maioribus
officijs nō possum, hoc saltē mu-
nisculo meam summū erga T.
R. studium declarandū esse exi-
stimauī. Vale. Ex domo nostra
Anthoniana Hostenti ad Mœ-
num 16. Kalen. Octob.

Re-

REVERENDO
 PATRI AC DOMINO
 D. GVLIELMO, VENERA
 bili Aurelianensi episcopo, Frater
 Guibertus in ordine minorum mi-
 nimus reuerentiam paterna-
 lem, & obedientiam
 filialem.

 Oniam cum multa
 precum instantia po-
 stulatis, & penè ut ita
 dicam exigitis, episco-
 palis officij, quod in ecclesia Dei ge-
 ritis, causas & origines scribi vo-
 bis, nefarium censui tãta tamq̃, pia
 non obsecũdare iussioni pro me & mo-
 dulo paupertatis. Poteram siquidẽ
 ego causas multiplices assignare, ne
 quod petitis deberem literis exara-
 re, presertim cum ad hoc suppetant
 meliores, quibus exuberat amplius
 scientia, lingua, mores: & vos ipse
 A S qui

2 DE OFF. EPISC.

qui petitis, qui iuris utriusq³ notitiam comparastis, & solemniter docuistis, ad hoc ipsum effectui mandandum, idoneus magis estis. unde *Deut. 32.* scriptum est: Interroga patrem tuum & dicet tibi, maiores tuos & annuntiabunt tibi. Sed nè viderer ex incuria vel ingratitude, vel contemptu, velle subterfugere laborem impositum, vel impactum: & sic per consequens, nè turbarè petentis affectum, semotis aliquatisper proprijs occupationibus, quibus plurifariam & varijs teneor irretitus, Christo duce, aggrediar opus iniunctum. Sciens tamen, quod in flammam more Mutij mitto manum: dum simplicitatem meam caninis expono rictibus erodendam. Sic enim sales Satyrici se immiscet, ut si quid hodie literis demandetur, inchoatio fit invidia, continuatio labor, finis odium habeatur, ad illos duntaxat qui in angulis garr-

garrunt, cachinnant in conuiujs,
 silent in scholis, & ponentes maculã
 in electis, bona in mala conuertunt,
 & molarem detractionis insigunt.
 Sed hæc hæctenus. Quoniam igitur
 opus arduum est, puteus enim altus
 est, & in quo hauriam non habeo,
 nisi porrigat ipse, qui Samaritanam Ioan. 4.
 mittens ad aquam viuam, dat om-
 nibus affluenter, vt inter medium
 montium transeuntem aquam hau-
 riam in gaudio, de fontibus Salua-
 toris. Ipsum inuoco Deum viuum, Apoc. 3.
 qui habet clauem David, vt operta
 reuelet humilibus, vt me introdu-
 cat in cellam vinariam, in qua mi- Can. 2.
 hi supernum demonstret exemplar,
 quod Moyse legimus in monte mon-
 stratũ, quod in officio ecclesie mili-
 tantis cernimus diligentius expoli-
 tum: solus enim ipse ordinem cœli
 nouit, qui rationes ipsius in ecclesie
 mysterijs mirabiliter ordinauit. Ip-

4 DE OFF. EPISC.

Sum autē inuoco Spiritum sanctū,
ut mihi inspirare dignetur, ut fide-
liter & veraciter aperiam eorum,
de quibus petitis rationem. Scio e-
nim quamplurimos de officijs eccle-
siasticis conscripsisse, ut Isidorum
Amalarium, Robertum, & Bedā,
Innocentiū, & alios quos mihi plu-
rimis impeditos non vacauit, vel
saltem perfunctoriē, videre. Qua-
re si post tantos patres aliquid scri-
bo, presumptuosus censeri non de-
beo. Vos etenim ipse nostis, quod
cū essem insipiens, vos me coegi-
stis. sed haec haec tenus. Ut igitur in
promptu magis appareat, quod di-
cetur, liminares officij Episcopalis
titulos proposui, prout in eo quod mi-
hi dimisistis ordinario, vidi pleni-
us contineri.

CAP. I.

Ad sacer-
dotale of-
ficiū spe.

EIS qui sacras literas didice-
runt, & in thesauro memoria
recon-

TRACTAT. §

recondiderunt, dubium non esse nō
 dubito, quin ad officium sacerdotale
 le pertineat benedictio. Unde in Ge-
 nes. Melchisedech introducitur
 Sacerdos Dei altissimi, sacerdotem
 euangelicum præfigurans sine suc-
 cessione carnali, benedictionem im-
 partiens Abrahæ de prælio reuer-
 tenti. Non est autem dubium, quin
 minister fit sacerdos diuinorū mu-
 nerum, qui populo impetrat per be-
 nedictionis suæ ministerium: per
 ipsos enim sacerdotes Christum in-
 duimur, Dei filio counimur, & mē-
 bra tanti capitis efficimur, dum be-
 nedictionis effectum assequimur.

Etat bene
 dictio: &
 denota-
 tur excel-
 lentia sa-
 cerdota-
 lis.
 Gene. 14.

Quare necesse est eum ita viue-
 re, quasi iam in cælo consistat, qui
 cœlestia populis distribuit & mini-
 strat. Qui enim nobiscum degunt
 in terris, potestatem habent in cœ-
 lis, quæ negata est angelis & arch-
 angelis. Cui enim aliquando dictū

A 7 est

6 DE OFF. EPISC.

est angelorum? Quæcunq; ligaueris
super terram, erunt ligata & in cœ-
lis. Habent enim principes mundi
potestatem aliquam corpora vinci-
endi solum in terris: habent sacer-
dotes vinculum potestatum in a-
nimas, quorum sententia confirma-
tur in cœlis. Et si ad corpora descen-
damus, sanitatem impetrat sacerdo-
tale munus. Infirmatur aliquis ex
vobis, dicit Iacobus, inducat Pres-
byteros ecclesie, & orabunt pro eo,
& cetera quæ sequuntur. Hi sunt
secretarij domini, socij angelorum,
principes populorum, per quos spiri-
tualiter generamur, Christi carne
reficimur, & sanguine saginamur,
à peccatis absolvimur, gratia repa-
ramur, & varijs virtutum muni-
bus, per eorum benedictiones my-
sticas adornamur. Quarum alie
sunt sollemnes: Sollemnes autem
sunt, quæ sollemniter fiunt: quarum
quæ-

quæ-

TRACTAT. 7

quædam respiciunt tempora, quædam verò personas, & res personarum, quædam res Sacramentales, ut etiam æterna: quorum exempla patent per capitula supradiçta.

Non sollemnes autem sunt, quas ingerit sacerdotes in fine missæ distribuunt, & cum cibos & huiusmodi benedicunt.

CAP. II.

Sollemnes ergo benedictiones, De bene-
 ad sollemnes pertinent Sacer- ditioni-
 dotes, scilicet ad Pötifices, quas sol- bº Episco-
 lemner per sollemnes exhibēt di- porū sol-
 es, quæ causam & originem nanci- lēnibus,
 scuntur ex eis quæ in Numeris sic & forma
 leguntur. Loquutus est dominus ad crucis,
 Moysen, dicēs: Loquere Aaron & perquam
 filijs eis, sic benedicetis Israël, & exprimi-
 cetis eis. Benedicat tibi Dominus, tur bene-
 & custodiat te: ostendat Domi- dictio.
 nus faciem suā tibi, & misereatur
 tui.

8 DE OFF. EPISC.

tui: conuertat dominus vultum suum ad te, & tibi pacem. Tres igitur clausulae in hac benedictione tanguntur, & tres clausulae similiter in benedictionibus Episcopi solemnibus apponuntur, & triplex gratia appetitur, quae videlicet informet liberi arbitry facultatem, illuminet rationem, ordinet voluntatem. Et triplex malum remoueri per oppositum postulatur: custodia à malo culpa, releuatio à malo miseria siue poena, liberatio à tentatione, per quam impeditur pax animae. Ter etiam dominus in hac benedictione ponitur, vt Trinitatis gloria manifestius declaretur, unde & tribus digitis Episcopus benedicit, & tribus digitis iuxta vaticinium Esaiæ Dominus terram molem appedit. & in his tribus digitis forma crucis exprimitur, in cuius crucis efficacia nobis omnis spiritalis benedictio

ctio

Isa. 40.

TRACTAT. 9

ctio ministratur. Quia enim per
 crucem liberamur à culpa, visita-
 mur in gratia, regnamus in patria,
 ideo nunquam datur benedictio
 propriè sine crucis forma: videte li-
 berationem: Serpēs in palo figitur, Num. 21.
 & Israël à serpentibus liberatur.
 Signatur Tau in frontibus viro- Ezc. 9.
 rum gementium, & euaditur ange-
 li feriētis exterminium. Habet an- Apoc. 7.
 gelus in Apoc. signum Dei viui,
 & cohabentur angeli, quibus da-
 tum est nocere terræ & mari. Poni
 tur sanguis in superliminaribus He Exod. 12.
 braorum, & in utroq; poste: qua po-
 sitio secūdum crucis dispositionem
 fuit, & sic percussis Aegyptijs, si-
 gnatus cum suo possessore locus eua-
 sit. Attendite per crucem: gratiae
 visitationem, amaritudo in aquis Exod. 15.
 Marach inuenitur, sed immis-
 sione ligni mystici dulcorantur. Ad-
 uertite regni futuri figuram in cru-

- Exod. 17. *ce* protenduntur manus in cœlum,
à Moysse superatur Amalech, vin-
cunt Israëlita, factus est, ait Esaias,
Esa. 9. principatus Christi super humerū
eius: quia per crucis efficaciam spe-
ratur gloria & triumphus: formā
autem crucis benedicens exprimit.
- Gen. 49. *In cuius figura* Iacob in ultimo spi-
ritu constitutus Ioseph filijs bene-
dicens, & formam crucis expri-
mens, manus commutans in crucis
speciem. Ritu verò communi, à su-
periori descendit inferius, & à la-
na transit in dexteram: benedicen-
tis dextera, Christum præfigurans,
per quem cōfirmatur benedictio nō-
stra, qui de cœlo descendit in terrā
& à Iudæis transiit ad gentes, ad
ecclesiam, scilicet gentiū, à Iudæo-
rum synagoga. Hæc igitur dicta
sunt pro benedictionibus sollempni-
bus, que pro festorum & temporis
differentia variantur, prout con-
grua

grua

TRACTAT. II

grua & diuersa gratiarum mune-
ra postulantur.

CAP. III.

SVnt & alia benedictiones non
sollemnes, qua in fine Missæ cō-
feruntur populo tam per Episcopos,
quàm per minores alios sacerdotes.
Hunc enim morem tenet Ecclesia,
ut benedicatur populus post myste-
ria cōsummata, quia dominus ante
ascensionē ascensurus in cœlū, disci-
pulos suos in Bethaniā duxit, & eis
dem in fine benedictionem dedit.

De bene-
dictioni-
b' in fine
missæ fa-
ctis com-
muniter.

Luc. 24.

CAP. IIII.

SVnt & alia benedictiones simi-
liter non solēnes, qua usitata &
cōmuni nomine benedictiones dicū-
tur, & quadragesimali tēpore cōfe-
rūtur, cū humiliare Deo capita nos
iubemur: Quadragesimali enim tē-
pore nouit aduersarius noster Eccle-
siam contra se singulare sumpsisse
sertamen, & ideò fortius instat
ad

De bene-
dictioni-
bus quæ
dantur
in qua-
dragesi-
ma in fi-
ne Missæ.

ad rapiendū, si quem inuenerit negligentius se habentē. Et ideo sacerdos Ecclesiasticus, ut prudens Agonicheta, quanto in maiori periculo videt milites fore, tanto munit eos amplius sua benedictione: vnde & humiliari capita precipit, & deinde benedicit, quod prius virtutū summus specimine vestiēdi, & sic benedictionis gratiam habituri. Huius benedictionis extremae puto figurā fuisse benedictionem tam Iacob, quam Moysi in extremo spiritu. Et de illo quidem in Genesi scriptum Gen. 49. est: Benedixit Iacob singulis benedictionibus proprijs, & praecepit eis dicens: Ego congregor ad populum meum, & c. quae sequuntur. De alio Deut. 33. verò fit in Deuteronomio. Haec benedictio qua benedixit Moyses homo Dei filios Israël ante mortem suam.

CAP. V

Sunt

Sunt & alia benedictiones communes, quibus in mensis, cibis, & potibus solent benedicere sacerdotes. Has figuratas legimus in Genesi. Cum Isaac Iacob benedixit, sicut scriptum est: statim ut sensit vestimentorum eius fragrantiam, benedicens ait: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Ubi dicit Hieronymus, tradunt Hebraei primogenitos functos officio sacerdotum, & habuisse vestimentum sacerdotale, quo induti victimas offerebant, antequam Aaron eligeretur in sacerdotium. Ut autem causa compedi de his benedictionibus transeamus, videmus cum familiare colloquiū cum viris sanctis habemus, cum ab ipsis recedimus, benedictionem in ultimo postulamus. In cuius figura legitur Abraham à Melchisedech benedictus.

De communibus benedictionibus quæ fiunt in mensis & cibis. Gen. 27.

Gen. 14.

CAP.

CAP. VI.

De origi-
ne Syno-
di, eiusq;
utilitate
& serie.

Num. II.

Post benedictionum mysteriū
conuertamus oculos mentis ad
Synodum, cuius originem, utilita-
tem, & seriem describamus. Syno-
dus igitur, ut testatur Isydorus, ex
græco cœtus interpretatur: eò quòd
in unum Sacerdotem & ad nutum
Episcopi congregantur: ut eorum
excessus fideliter corrigantur: &
per eos salubria monita populo tri-
buantur. Unde scribitur in libro
4. Congrega mihi 70. viros de se-
nioribus Israël, quos tu nosti quòd se-
nes populi sint ac magistri, & duces
eos ad ostium tabernaculi fœderis.
Et sequitur: Tradamq; eis de spiri-
tu tuo, ut sustentent tecū onus popu-
li. Ubi & quatuor conditiones tan-
guntur, quæ in sacerdotibus requi-
runtur. Quod enim seniores dicit,
ad ætatem refertur legitimam:

Quòd

TRACTAT. 15

Quòd senes populi: refertur ad vi-
 tam. Aetas enim senectutis (ut
 in Sapiencia libro legitur) vita Sap. 4.
 est immaculata. Quòd magistri,
 pertinet ad scientiam. Quòd duces
 populi, ad experientiam. Synoda-
 lis enim congregationis Paulus in
 Actibus Apostolorum formam
 docuit, cum iturus Hierosolyman
 presbyteros congregavit: Videte,
 inquit, gregem, in quo vos Spiri- Acto. 20.
 tussanctus ordinavit. Et ad Titum Tit. 1.
 sic ait: Huius gratia reliquite Cre-
 te, ut ea quae desunt, corrigas, &
 constituas Presbyteros, quemad-
 modum ego disposui tibi. Sed post-
 modum tribulationibus inualescen-
 tibus, non fuit per multa tempora
 licitum Episcopis in aperto congre-
 gare Clerum. Postmodum verò à
 temporibus Constantini liberè est
 concessum, ut facerent cōgregatio-
 nes suas Episcopi, & salubribus &
 necessa-

necessarijs ordinatis informarent
populum. Tunc celebrata est sancta
Synodus Nicena. Successerunt &
alia, de quibus originem sumunt E-
piscopalia concilia, quæ etiam exin-
dè sunt usq; ad sacerdotales Syno-
dos propagata.

CAP. VII.

De utili-
tate Syno-
di, & in fi-
ne adijci-
untur pe-
ricula Sa-
cerdoti,
quæ fate-
ri debet.

Congregantur igitur etiã sa-
cerdotes ad Synodum, ut suũ
periculum agnoscant, vitam corri-
gant, & Episcopum docentem au-
diant. Audi correctionem: congre-
gant in Actibus Apostolorum Pau-
lus aliquantulam sarmentorũ mul-
titudinem, & deprehendit viperam
latentem, quam in figuram corre-
ctionis aliquando secundum seueri-
tatem exercende proiecit in ignem.
Audi p̃p̃ patris admonitionem, le-
gitur in Genesi, Iacob dixisse filiis
suis: Congregamini filij Iacob, & au-
dite Israël patrem vestrum. Audi-
ant

ant & Sacerdotes periculum suum,
 & tinniant aures audientium. Pri-
 mum occurrit in periculis: quoni-
 am Sacerdotes non solum pro suis,
 sed pro subditorum criminibus sub-
 iacent poenis eternis. Unde scri- Heb. 13.
 ptum est: Obedite prepositis ve-
 stris: Ipsi enim vigilanter rationem
 reddituri pro animabus vestris. Si
 autem ei, qui unum & minimum
 scandalizaverit, expedit, ut mola Matt. 18.
 asinaria suspensa in collo demerga-
 tur in mare: Ille vero, qui non so-
 lum unum aut duos, sed tantam mul-
 titudinem perdiderit, qualia puta-
 tis poenarum genera sustinebit? Non- 1. Reg. 4.
 ne Heli pro filiorum criminibus, il-
 lud triste iudicium est perpessus?
 Nonne Moyses ille vir mitissimus, Deut. 34.
 & Dei familiaris, propter peccata
 concitatus plebis, terram non attigit
 promissionis? Sed forsitan aliqui alle-
 gabunt ignorantiam; quia peccata

B popu-

populi nescierūt. Hic Ioannis Chry-
 sostomi audiatur sentētia de libro,
 qui dicitur de dignitate Sacerdo-
 tali sumpta: dicit enim: Neq₃ im-
 peritiam causari poterunt, neq₃ ad
 ignorantiam conuolare, neq₃ neces-
 sitatem opponere de aliorū coactu:
 sed citius puto aliquem Laicorum,
 qui gehenna pro peccatis suis probe-
 tur esse obnoxius, hunc esse adiuvan-
 dū suffragio, quā Sacerdotē cum
 accusatur pro aliorū delictis. Quo-
 niam qui fuerat cōstitutus, ut alio-
 rū ignorantias emendaret, & Dia-
 bolo denunciaret insidias, ignoran-
 tia se defendere nō valebit, neq₃ di-
 cere, non audiui tubam, neq₃ presci-
 ni pugnam esse venturam. Secun-
 dō, accedit ad periculum difficul-
 tas regendi populū. Sicut enim om-
 nium hominum corpora ex iisdem
 constituuntur elementis, tum pro-
 prium quoddam temperamentū est
 eorum

eorum in omnibus complexionatis,
 ratione cuius alijs & alijs medica-
 mētis indigent, & alimentis alijs &
 alijs: ita aliter oportebit & aliter se
 habere praelatum secundum mores
 varios subditorum. Alios enim
 corrigit consolatio, alios increpatio:
 & horum alijs competit coram alijs
 increpari, alijs secretius admoneri.
 Si enim unum animal ex multis
 compactum animalibus, specie &
 proprietate distinctis magnis & par-
 uis domitis & indomitis, vni conce-
 deretur homini ad seruandū: quā-
 difficile & penè impossibile esset, id
 animal sic regi, ut proprietates &
 mores exigerent cuiuslibet anima-
 lis, in illo vno corpore sic compacti;
 cum nec eisdem sibilis agerentur,
 nec eodem cibo & potu nutrire-
 tur; sed interdum ipsis iisdem mo-
 dis, quibus unum ad mansuetu-
 dinem prouocaretur, aliud ad

20 DE OFF. EPISC.

furorem suscitaretur: & quantum industria & laboris custodem illius animalis impendere oporteret, ut corpus illud ita regeret, ut ipsum ex tanta diuersitate compositum, in pacis unitate & tranquillitate persisteret.

Tertiò periculum aggrauatur, si non à pastore animarum vniuersalis perfectio habeatur. Si enim lex illa Moysi maculas in sacerdotibus etiam corporales non patitur: si, ne quid corporalis vitij habeant hostia vel sacerdos, diligentissimè perscrutatur: profectò apparet ex figuris, quod vniuersalis perfectio & puritas esse debeat in noua legis Sacerdotibus & ministris. Non qualis in populo, quæ dicitur perfectio sufficientiæ, sed eminētior, quæ dicitur excellentiæ. Nam sicut nec ætas una omnibus, nec vultuum lineamenta cunctis sunt eadem, nec
totius

totius terra una est aequalitas, nec stellarum unus est splendor: sic nec subditorum atq; regentiū una perfectio. Indè est, quod Saul ab humero & sursum eminebat super populum Hebræorum. 1. Reg. 10.

Imò quanta est differentia inter rationalia & bestias, quæ rationis officio non utuntur; tanta esse deberet inter rectores & cæteros qui reguntur; alioquin Prælati, Pastores, & omnes, subditi minimè dicerentur. Hæc est igitur uniuersalis perfectio, per quam domini Sacerdotes exterioris operis totum sibi subiectū populū alliciunt ad virtutes. Quarto ad periculum additur pœna, quæ Sacerdotum criminibus scriptura proponit. Certè Nadab & Abin, Leu. 10. vastat incendium, dum ignem offerunt alienum. Hely verò Sacerdos pro filiorum iniquitate damnatur: eius verò filij non rectè utentes mi-

- nisterio, sed diuina temerantes sacrificia à Domino feriuntur. Sed
- 1. Reg. 4.** Hely certè coercuit filios & corripuit lenitate & mansuetudine patris, non auctoritate, non seueritate (sicut debuit) Sacerdotis. Ozan
- 1. Par. 13.** mortis pœna mulctauit, dum arcam Domini temerè contrectauit. Com
- Oscæ 5.** minatur Oseæ Sacerdotibus, qui laquei facti sunt in specula, & quasi retia ad capiendas animas extensa.
- Ioh. 2.** Nõnne Ioël his, qui ad altare deseruiunt lamentationem iniungit, & in cinere & sacco morari præcipit.
- Mich. 3.** Propter eos, ait Micheas, Syõ quasi ager arabitur in Hierusalem, sicut casa in pomerio, ut alia translatio dicit. Propter hoc etiã ait Abacuc: Subuertitur lex, & iudicium ad finem non peruenit. Non respiciam, inquit dominus, ad hostias uestras, ultra & munera non suscipiã de manibus uestris. Si testimonia scri-

scri-

scripturarum retexerem omnia,
 quibus comminatur criminibus Sa-
 cerdotū, difficilior esset assumptio,
 & relinquere oporteret opus ince-
 ptum. Quintò & in hoc periculum
 aggranatur, quòd multò grauius
 Sacerdotum, quàm Laicorum cul-
 pæ puniuntur. Israelitas Prophe-
 ta grauius ceteris gentibus incre-
 pant, quòd post accepta beneficia
 peccantes tormenta maiora merue-
 rant. Offerri iubet lex sacrifici-
 um pro Sacerdotis ignorantia,
 quantum pro totius populi culpa,
 quia sic piè sentitur. Immò sicut
 Origines dicit, tantò indigent
 vulnera Sacerdotis auxilio, quan-
 tiò simul uniuersa populi multitudo.
 Nō video, quod indigerēt ampliori
 sacrificio Sacerdotes, quàm popu-
 lus expiari, nisi grauiores deberent
 eorum culpæ censerī. grauiores au-
 tem eas facit non conditio vel genus

24 DE OFF. EPISC.

operis, sed dignitas facientis. Filia
Sacerdotum, quibus nihil erat com-
mune cum officio sacerdotali, ta-
men propter honorem parentum
multo seueriori, quam alia mulie-
res in eodem etiã crimine fornica-
tionis subiacent ultioni. Ex honoris
consideratione procedit, quod Do-
minus mitius subditum, presiden-
tem verò seuerius punit, & insuper
non soli Sacerdotes damnumpati-
untur in suo peccato, sed infirmo-
rum animas interficiunt, quæ illo-
rum corrumpuntur exemplo.

Sed quis in his mirum, cum huius
officij difficultates & pericula
numerare nitimur; perindè mihi
videatur, & altitudinem cœli, &
latitudinem terræ, & profundum
abyssi velle metiri.

CAP. VIII.

De Euan-
gelio,

Congregatis igitur Sacerdo-
tibus ad Synodum, prima die
legi-

TRACTAT. 25

legitur eis hoc Euangelium: Ego sum pastor bonus. In quo plenius edocentur, quod eorum est officium: Pastores enim sunt animarum: in cuius figura, requisiti filij Israël, quid haberet operis hoc mysterium in Genes. responderunt in presentia Pharaonis: Pastores, inquiunt, omnium sumus, & serui tui, & nos & patres nostri. Et bene pastor, à pascendo enim dicitur actine.

quod legitur prima die in Synodo. Ioan. 10.

Gen. 46.

CAP. IX.

Secunda die legitur eisdem hoc Euangelium: Vos estis sal terra. vel illud: Estote misericordes, pro vario usu ecclesiarum. Sal igitur appellati sunt Sacerdotes, ut condiant virtutibus, & exsiccent à vitijs aliorum mentes. Sal enim naturam habet conditiuam, teste Iob 6. Non enim potest comedi insulsam quod non est sale conditum, & putredinis corruptina. Unde & sale im-

De Euangelio quod legitur die secunda. Matt. 5. Luc. 6.

B 5 missio

4. Reg, 2. misso ab Heliseo, sanatur in aquis corruptio. Notandum est autem quòd in illo Euangelio quadruplex proponitur eis similitudo; salis, & lucis, ciuitatis supra montē positæ, & lucernæ super candelabrum sitæ. Sinit igitur sal, ut animas con- diant ad incorruptionis sanitatem: lux, ut illuminent ad cognoscen- dam veritatem: Ciuitas, ut acqui- sitos ab hostibus defendant: lucer- na ardens, ut defensos ad amorem diuinitatis accendant. Terribile ta- men est satis, quòd si sal euanuerit, quod fit quando liquefcit, hoc est, quando resoluitur, quando videli- cet humidum & frigidum domi- nantur: timor aduersitatis, quo cor- da gelantur, hoc est, amor prosperi- tatis, quo exinaniuntur. Quod si fi- at in quo salietur? id est, in quo popu- lus instruetur? Ad nihil enim valet ultra, nisi ut mittatur foras, & con- culce-

culce-

culcetur ab hominibus, quia sal exi-
 nanit. nihil valet ultra. Nam sicut in
 Luca dicitur, neq; in terra, neq; in
 sterquilinio utile est. Non terra va- Luc. 14
 let, quam germinare prohibet: Non
 sterquilinio, quia fecundare non sinit.
 Sal igitur exinanitum nihil valet ex
 defectu gratiae, foras mittitur ex a-
 missione gloriae, conculcatur ex in-
 flictione poenae.

CAP. X.

Tertia verò die legitur Euangeliū De Euan-
gelio, qd
legitur
tertia die
Luc. 10.
 illud: Designavit dominus, & ali-
 os 72. discipulos: in quo admonentur
 sacerdotes de zelo praedicationis, de
 amouendis vitis cupiditatis, de p-
 curando bono pacis: de quibus satis in
 sermone primo tetigimus, ideo super-
 sedemus. Hoc tamen notandum, quod
 in his & in alijs varius est usus in di-
 versis ecclesijs, secundum quod citi-
 us expediuntur, aut tardius negotijs
 pertractatis.

B 6 CAP.

De origi-
ne dedica-
tionis
Ecclesie.
Ioan. 10.

Tertius titulus ecclesie est, cuius originem ex scripturis possumus inuenire. Festiuitates enim annuas dedicationis ecclesiarum in Euangelio Ioannis legimus, ubi dicitur: Facta sunt encœnia in Hierosolymis, & hyems erat. Encœnia enim sollempnitates dedicationis erant tēpli: unde & græcè καινόν, appellatur nouum. Illum enim diem, in quo templum dedicatum erat, Iudei sollempniter celebrabant, ut & diem festum agebant: sed nunc longè aliter est. Cum enim iam careant tēplo, iam careant & cultu diuino; quid mirum si careant illo festo, cū à nobis nunc Christianis mos ille primarius custodiatur, quia ad nos translata gloria comprobatur: Tabernaculum primum Moyses Domino condidit, deinde Salomon tēplum instituit, quod Esdras postmodum

dum

TRACTAT. 29

dum reparavit: sed cum fides Christi enituit, pia Christianorum devotio per totum mundum Christo ecclesias consecravit. Diebus autem octo festum illud extenditur; quia tot diebus à Salomone festum dedicationis explebatur. Unde legitur, quòd Salomon octo diebus celebrabat dedicationem. Ibi conveniunt fideles, ut orationes suas fundant domino, & effectum reportent, sicut signatū in oratione Salomonis iam fundato templo.

CAP. XII.

ANtequam Ecclesia consecratur, vigiliae fiunt in ipsa nocte in honore sanctorum, quorum reliquiae ibi condendae sunt: de quarum vigiliarum sciendum, quòd earum antiqua fuit institutio. Esaias dicit: Anima mea desideravit te in nocte, &c. quae sequuntur. Dicit & Propheta David: Media nocte sur-

De vigilijs quae fiunt in nocte antequam Ecclesia dedecetur. Esa. 26.

Psal. 118.

B. 7 gabam.

gebam ad confitendum tibi, &c.

Exod. 12.

Hoc namq; tempore vastator angelus transiens Aegyptiorum primogenita cōsumpsit: & hoc tempore se

Luc. 12.

venturū dominus repromittit. Beati ergo illi, quos, cūm venerit, vigilantes inuenerit, nisi fortè propter

incertitudinem vocet tempus ipsius noctem. Qua enim hora nescimus, Dei filius est venturus, sed siue sic,

siue sic, siue serò, siue media nocte, siue galli cantu, siue manè venerit.

Beatus, qui vigilauerit. Ad hoc pertinet quod Iesus in nocte perno-

Actor.

tabat in oratione. Sic Paulus & Syllas in custodia positi carceris orationibus vacantes, soluti sunt à vinculis, concussis carceris fundamen-

tis. Erubescant igitur Heretici, qui dicti sunt Nictizantes, quos latine somniculosos dicimus, qui, ut singula quaeq; locū teneant sortita decen-

ter, de die asserunt vigilandum, & de no-

de no-

de nocte dormiendum, & non vigi-
 landum, ne iura temeretur diuina:
 qui noctem ad requiem sicut diem
 constituit ad laborē. Sed cū ex phan-
 tasmatum suorū erubescencia mens
 eorū efficiatur ebria, & suppetat eis
 somni materia, impletur in eis il-
 lud, id est, ad Thessalonicenses: Qui Theff. 1.
 dormiunt, nocte dormiunt; & qui e-
 brij sunt, nocte ebrij sunt. Igitur fra-
 tres, non dormiamus sicut & ipsi, sed
 vigilemus & sobrij simus. Nō enim
 sumus filij noctis & tenebrarum,
 sed filij lucis.

CAP. XIII.

Prosequenda sunt breuiter ea,
 quæ ab Episcopo in dedicatio-
 nibus geruntur, ut eorum visis sig-
 nationibus spiritualis sensus aliquis
 habeatur. Notandū ergo, qđ ea quæ
 in Ecclesia fiūt visibiliter, in anima
 Deus operatur inuisibiliter, quæ ve-
 rē Dei tēplum est, sicut scriptū est,

Mysticē
 exponit
 ea, quæ
 ab Episco-
 po in de-
 dicatio-
 nibus ge-
 runtur:
 latiusq;
 prosequi-
 tur singu-
 la.

Tem-
la.

1. Cor. 3. Templum Dei sanctum est, quod estis vos: ubi fides fundamentum iacit, spes erigit, charitas consummat & perficit. Ecclesia igitur dedicanda, anima sanctificanda, aqua, poenitentia, sal, sapiens, trina aspersio, trina baptismi immersio, luminaria, 12. Apostoli crucis mysterium prædicantes, Pontifex Christus, virga potestas eius, trina percussio, coelestium, terrestrium, & infernorum dominatio seruitura Christo, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Interrogatio inclusi, ignorantia populi, apertio ostij, euacuatio peccati, Intrans Pontifex præcatur domui pacem: Ingrediens Christus in mundum, pacem fecit inter Deum & hominem: deinde prostratus erat pro sanctificatione domus: & Christus ad passionem humiliatus erat pro discipulis suis, & pro credituris omnibus. Descriptio alphabe-

Philip. 2.

phabe-

phabeti in pavimento, simplex do-
 ctrina fidei est in corde humano,
 versus a sinistro angulo Oriētis, du-
 ctus in dextrum Occidentis: & al-
 ter a dextro angulo Orientis, in si-
 nistrum Occidentis, crucem repræ-
 sentant, & collectionem utriusq;
 populi figurant. Unde Iacob can- Gen.
 cellatis manibus filiis Ioseph bene-
 dixit. Christus ab Oriente transi-
 ens, in sinistra reliquit Iudæos, &
 venit ad gentes: quæ cum prius es-
 sent in Occidente & in sinistra: de-
 dit esse in Oriente, & in dextra. &
 tandem à gentibus in dextra Oriē-
 tis visitabit Iudæos in sinistro angu-
 lo Occidentis: Deinde stans Episco-
 pus ante altare invocat Deum in
 adiutorium; significās eos, qui per-
 cepta fide se preparant ad pugnam
 tentationum; & quia adhuc in cer-
 tamine sunt, quasi inter suspiria,
 nondū adhuc adiungitur Alleluia.
 Post

Post hæc aqua benedicitur cum sale & cinere, addito vino misto aqua. Aqua populus, Sal doctrina, cinis memoria passionis Christi, vinum iucunditas diuinitatis, aqua, passibilitas humanitatis: quæ duo coniunguntur, quia istæ due in Christo uniebantur. Aspersarium de ysopo, quo Ecclesia aspersa mundatur, humilitas, per quam anima sanctificatur: funditur aqua benedicta ad basim altaris, quia Deo humiliter committendum est, quod excedit vires humanas in diuinis mysterijs. Altare linteo extergitur, quia caro Christi, & etiã cuiuslibet Christiani ad gloriã immortalitatis per multas passiones perducitur. Offert Pontifex thus super altare accensum in modum crucis in medio altaris, & per quatuor angulos eius de oleo sanctificato crucem facit: & deinde tres cruce-

ces per singulos parietes Ecclesia de eodem oleo, & sic consecratione, albo velamine incensum, orationes. oleum, gratia spiritus sancti. Crux per quatuor angulos facta, Christi passio per quatuor climata mundi declarata. velamen album, immortalitatis gaudium.

CAP. XIII.

Post sollemnitatem vigiliarum sequitur de impositione reliquiarum. Unde canon dicit, quod altaria evertantur, in quibus reliquie nulle probantur, & c. que sequuntur. Sanctorum enim membra & corpora vera Dei sunt animata templa, per que divina accipimus responsa coniugis, & deuota agitur in cordibus eorum memoria. Et ideo Ecclesiam dedicatam intrantes, ut oremus dignum & iustum est, ut eos, quorum ibi viget memoria, presentes in cordibus habeamus,

Solemni-
tatem vi-
giliarum
sequitur
imposi-
tio reli-
quiarum.

Num. 19. ut per eos vel ad votum, vel ad me-
 ritum impetremus: Unde & in le-
 ge, qui tingebat mortuum immun-
 dus erat. & in Canone præcipitur,
 ut Ecclesiam, ubi paganus sepultus
 est, consecrare non liceat: & siue fi-
 delium, siue infidelium corpora ibi-
 dem sepeliantur, exponantur, &
 eyciantur, & postmodum sicut mo-
 ris est, sanctorum reliquie immit-
 tantur. Non enim dicendum est
 eos esse mortuos, quorū anime sunt
 in manu Dei. Et de quibus scriptū
 est: Corpora sanctorum in pace se-
 pulta sunt, & vivent nomina eorum
 in aeternum.

CAP. XV.

De præ-
 paratio-
 ne Epi-
 scopi ad
 Missam,
 siue qua
 non sunt
 Ecclesie
 dedicadę

S Equitur de officio Missæ, siue
 qua non sunt Ecclesie dedican-
 da. Et quia satis apparet, unde su-
 muntur illa, qua in ipsa Missa can-
 tantur, idēo generaliter aliquid in-
 de dicatur. Imprimis igitur se præ-
 parat

TRACTAT. 37

parat Episcopus ad celebrandam
 missam; præmittens Psalmos quos-
 dam & confessionem, secundum
 consilium Psalmistæ, dicentis: Præ- Psalm.
 occupemus faciem eius in confessio Psal. 83.
 ne, & in psalmis iubilemus ei. Sunt
 autem hi psalmi quinq; secundum
 consuetudinē curiæ Romanæ: Quā Psal. 84.
 dilectā, &c. Benedixisti, &c. Incli Psal. 85.
 na Domine, &c. Credidi, &c. & Psal. 118.
 De profundis, &c. Ut quidquid in Psal. 115.
 mundum contractum est trāsgres-
 sione quinq; sensuum, totum solua-
 tur oratione quinq; psalmorū. Quos
 si quis diligenter attenderit, inspi-
 ciet quā benè congruunt celebra-
 turis Eucharistiæ Sacramentum.
 Et adduntur orationes speciales ad
 impetrandum mūditiā cordis &
 corporum. Lauat etiā manus cor-
 poraliter, ut intelligatur actis mun-
 dari spiritualiter. sicut scriptum
 est: Lauabo inter innocentes manus Psal. 25.
 meas,

meas, & circumdabo altare tuum Domine. Quis enim corde polluto ad altare accedit, carnem Christi consecrat, contrectat, & comedit, nisi qui sibi iudicium manducat & bibit? Signa autem qua pulsantur in Missa principio, tubas argenteas signant & ductiles, quibus conuocabatur populus in veteri Testamento. Unde in libro Numeror. legitur: Fac tibi duas tubas argenteas, quibus conuocare possis multitudinem. Et quod distinguebatur antiquitus in clangore tubarum & differentia sonituum, hoc idem representatur nunc in Ecclesia, cum aliter pulsetur in festis, aliter etiam pro mortuis, & aliter in conuocationibus faciendis.

Nam. 10.

CAP. XVI.

De accessu Episcopi ad Altare.

Preparatus igitur Episcopus ad celebrandam Missam solemnibus indumentis ad altare procedit.

Et

Et secundum morem Romana Ec-
 clesie precedit Subdiaconus, qui
 portat librum Euangelij clausum
 usq; ad altare: quo ibidem aperto
 osculatur Episcopus librum. ducunt
 Episcopum Sacerdos & Diaconus,
 alter hinc, alter illinc concomitan-
 tes Episcopum. Episcopus iste Chri Hebr. 9.
 stus, assistens futurorum bonorum
 pontifex: quoniam Ioannes Bapti-
 sta precessit. Qui cum predicaret Luc. 1.
 poenitentiam, librum Euangelij an-
 te Christum portavit: unde & Eu-
 angelicam predicationem incepit:
 Et quia Christus discipulis suis sen-
 sum aperuit, ut scripturas intelli-
 gerent passionis tempore. Ideo
 liber clausus aperitur ad altare,
 quem Episcopus osculatur: quia
 pax in Euangelio predicatur, & à
 Christo pax vera nobis relinqui- Ioan. 20.
 tur. Sacerdos & Diaconus ducunt
 Episcopum: quia lex & Prophetia
 annun-

40 DE OFF. EPISC.

- annunciauerunt, & promiserunt
Deut. 18. Christum esse venturum. Prophe-
 tam, inquit, Moyses, suscitabit vo-
Esa. 7. bis Deus de fratribus vestris. Et
 Esaias: Ecce virgo concipiet & pa-
 riet, &c.

CAP. XVII.

- De cōfel-**
sione &
thurifica-
tione Al-
taris.
Psal. 42.
Prou. 8.
Luc. 18.
Apoc. 8.
- P**raueniens Episcopus ad alta-
 re antequam officium incipi-
 at, ut dignè introeat hunc psalmum
 enunciat: *Iudica me Deus, &c. cō-*
fessionem faciens peccatorum: quia
instus in principio accusator est sui:
percutiens pectus suum: ubi tria
concurrunt. Ictus, ut cordis signi-
ficetur contritio: socius, ut oris con-
fessio: tactus, ut operis satisfactio.
 Sic enim Publicanus percutiebat
 pectus suum dicens: *Deus, propiti-*
us esto mihi peccatori. Deinde thus
imponit thuribulo significans Chri-
stum, qui orationes nostro inspirat
animo. Unde & in Apoc. designa-
tur

TRACTAT. 41

untur sub figura Angeli, qui stetit ante altare habens thuribulum aureum, quod implevit igne altaris; quia Apoc. 8.

corda munda Christus implet devotione & fervore orationis. Tunc

accedens Episcopus osculatur altare, significans quod Christus sibi copulavit Ecclesiam ex amore. Unde

in Canticis: Osculetur me osculo oris sui. Deinde osculatur Episcopus Cant. 1. dT

Diaconum: signans pacem advenisse, quam promiserant Prophetae ante Christi adventum. Unde scri-

ptum est: Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Inclina- Psal. 71. 2

nans se diaconus osculatur pectus Episcopi, significans quod inspiratione divina de pace iam dicta sancti Prophetae domini sunt loquenti.

Unde Ioannes supra pectus domini recumbens, fluente Euangelij de Ioan. 13.

sacro domini pectoris fonte potavit. Deinde Episcopus sacrum incensat

Altare:

C Altare:

Num. 16

Altare. Unde in lege scriptum est, & dictum est ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de Altari mitte incensum de super. Per hanc autem thurificationem significat omnis demoniaca prauitatis expulsionem. Unde & fumū thuris quidam estimant valere ad Demones effugendos, assumentes pro testimonio, quod scribitur in Thobia: Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus demoniorum.

Thob. 6.

CAP. XVIII.

Sequitur
introitus
Missæ.

STante Episcopo ad altare chorus incipit officium, premittens antiphonam quandam, quam appellant Missæ introitum, sumptam in consecratione Ecclesie de Genesi. Vidit in Spiritu prophetico excitatus Iacob quasi de graui somno, ait, Terribilis est locus iste; reuerentia annuncians, que debetur ecclesie.

Gen. 28.

sic.

st, u-
 ri
 ne
 o-
 ul-
 ui-
 res
 zo-
 or-
 ho-
 m-
 bo-
 em
 ap-
 am
 re-
 xci
 no,
 cen
 le-
 fia.

sia. Qui scilicet introitus repetitur
 interposita gloria Trinitatis, & ver-
 siculo psal. Dominus regnavit exul- Psal. 96.
 tet terra. Ubi primò sciendū est cho-
 rum appellari multitudinē canenti-
 um, a corona dictū, quia in similitu-
 dine coronæ factum. Unde ab Eccle-
 siastico egregius ille sacerdos descri-
 bitur stans ante aram & in circui-
 tu eius corona fratrum. Choros au- Exod: 15.
 tem Moyses post transitū maris ru-
 bri primus instituit, cum seorsum
 viris, seorsum mulieribus, laudes
 diuinas utrosq; pronūciare docuit.
 Antiphonas aut apud Latinos bea-
 tissimus Ambros. instituit primus
 Græcos imitatus, qui Antiphonas
 primitus cōposuerūt duobus choris
 alternatim cōcinentibus, quasi duo
 Seraphin ad inuicē sibi conclaman-
 tia, & quasi duo testamēta sibi cōcor-
 diter respondētia. Unde antiphona
 ab αὐλὶ quod est cōtra, & φωνῆ, quod
 C 2 est

44 DE OFF. EPISC.

est sonus, nomen accepit, quasi concordia soni ad sonum. Iste est ergo Introitus, qui praefigurat in antiquis patribus desiderium Christi aduentus: hoc ergo desiderium Introitus representet non semper intellectu literae, sed in bilo cantilena. unde & chorus dilatat cor suum in inbilatione: significans, quod multi reges & prophetae desiderabant Christum videre; unde ex eorum persona cantamus introitum, per quos introiit Christus in mundum. Antiphonae repetitio, deuotionis exaggeratio. Unde Propheta; Manda, remanda: Expecta, reexpecta. Et alius Propheta: Si moram fecerit, expecta eum. Interpositio gloriae: captatio beneuolentiae. Ut enim obtinerent facilius quod expectabant, ad totam trinitatem clamabant. Interponitur in officio dedicationis versus de psalmo: Dominus regna-

uit

Matt. 13.

Esa. 28.

Abac. 2.

Psal. 92.

uit, &c. quod congruit ei, quod ali-
 bi dictū est de eiusdem ecclesie fun-
 datione: *Fūdatur exultatione uni-*
uersa terra. Celestinus enim Papa
instituit, quod psalmi David. 150.
ante sacrificiū canerentur antipho-
natim ex omnibus, quòd antea non
siebat: sed tamen tantū Epistola &
Euangeliū legebatur, sicut habetur
in gestis pōtificialibus. Unde & ad-
huc in vigilijs Paschæ & Pētecostes
hic mos retinetur, ut Missa à lectio-
ne incipiatur. Quod tamen ita intel-
ligendum est, quod ex omnibus psal-
mis quedam excipiuntur, quæ pro
introitibus, gradualibus, offertorijs,
communionibus frequenter canun-
tur. Psalmos autem David insti-
tuit, qui in eis modulandis precipu-
us fuit; non propter temporalem de-
lectationem, sed propter spiritua-
lem deuotionem.

Psal. 47.

CAP. XIX.

C 3

Deinde

Explicat
quid sig-
nificet
Kyrie e-
leison, &
cur dica-
tur Glo-
ria in ex-
celsis.
Psalm.

DEinde sequitur Κύριε ἐλέησον, quod à choro cōcinitur. Duæ enim sunt dictiones in Græco, & non dictio composita, & Domine miserere, interpretatur. Unde Psal-
mus: Domine, miserere nostri; te enim expectauimus. Et cum nouem modis peccemus, nouies illud dicimus: quia contra infamem nouenarium Dei misericordia indigemus. Est enim peccatū Originale, Actuale, Mortale, & veniale, Serpens, mulier, & vir. Serpens concupiscentia est, quæ suggerit originaliter: Mulier, delectatio, quæ comedit venialiter: Vir, ratio, qui consentit mortaliter. Est iterum peccatum cogitationis in corde, sicut mortuus in domo loquutionis: In ore, sicut mortuus in porta perpetratiōnis: In opere, sicut mortuus in monumento. Est iterum peccatum fragilitatis per impositionem simplicitatis,

tatis,

tatis, per ignorantiam malignitatis, per inuidiam: hoc est, peccatum in patrem, & filium, & spiritum sanctum: & ideo misericordiam petimus, ter ad patrem, ter ad filium, ter ad spiritum sanctum. Vel ideo nouies dicimus, ut nouem ordinibus angelorū sociemur. Quod cātari in ecclesia à clero B. Greg. præcepit, quod à consuetudine Græcorum accepit. Additur hymnus Angelicus, scilicet, Gloria in excelsis: quod Telesphorus 96. à Petro ad Missam nocturnam natalis domini, quam ipse constituit, cantari præcepit. Symmachus autem Papa 45. post Telesphorum diebus Dominicis & festiuis, id est, in sanctorum natalitijs, hunc hymnum cantari voluit. Ea verò, quæ sequuntur post illud, Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, beatus Hylarius Episcopus Pictauiensis, sicut dicitur,

C 4 super-

Esa. 9.

superaddidit. Episcopus ergo siue Sacerdos, qui Angelū magni consilij representat, hunc hymnum, quem angelus primò protulit, inchoat, chorus autem concinendo prosequitur: quia subito cum angelo fa-

Luc. 2.

cta est multitudo cœlestis exercitus laudantium & dicentium: Pax in terra bona voluntatis hominibus. Generali autem nomine carmina quaecunq; in laudes diuinas dicuntur, Hymni vocantur: Iste autem hymnus præcellit, quia pacem annuncianit. Cùm enim ante Christi natiuitatem inimicitia essent inter Deum & hominē, quia homo creatorem suum per inobedientiam suam offenderat: & inter angelum & hominem, quia homo per casum suum restorationem angelicam impedierat: & inter hominem & hominem, quia homo ab homine se per ritus varios separauerat. Nam Iudæus

deus

deus ceremonias excolebat, & Gen- Eph. 2.
tilis Idololatriam exercebat, & v-
trig³ ritus alterius displicebat. Ideò
pax nostra Christus fecit utraq³
unum, inimicitiarum materias de-
struens, & concurrentes parietes in
se angulari lapide collocavit. Aufe-
rendo enim peccatum reconciliauit
hominem Deo, reparando casum re-
conciliauit hominem angelo, detra-
hendo ritum varium, reconciliatus
est homini homo: Et ideò in horum
figura salutavit Angelus hominem.
Natus est Deus & homo, positus est Esa. i.
in diuersorio inter bovem & asinū,
Iudæum scilicet & gentilem: quia
cognouit bos possessorem suum & a-
sinus praesepe domini sui.

CAP. XX.

Hymno finito, quem Episcopus Sap. 18.
inchoauit, silente clero & po Reddit
pulo: quia dum medium silentium causam
tenerent omnia, natus est Deus & cur Epi-
scopus
C 5 homo. saluter

populū
& quid
sibi ve-
lint col-
lectæ si-
ue oratio-
nes quas
cantat.
1. Cor. II.
Ioan. 14.

Jud. 6.

homo. *Salutat Episcopus populum mitram deponens, & Pax vobis proferens: quia reuelato capite vir secundum Apostolum debet orare: pacem aut enuncians eius utitur e- loquio, cuius fungitur officio. Pacē enim Christus fecit, pacē docuit, pa- cē reliquit. primū in incarnatione, secūndum in predicatione, tertiū in resurrectione. Minores autem Sa- cerdotes salutantes populum, di- cunt: Dominus vobiscum. Episco- pus verò primò, Pax vobis; deinde, Dominus vobiscū: primū, ad iudi- ciū potestatis, ut ostendat se esse eius vicariū, qui discipulis suis post re- surrectionem apparens dixit; Pax vobis: secundū, ad iudicium humi- litatis, ut ostendat se tanquam unū ex alyis. De his autē salutationibus habemus in veteri testamento, siue in libro Iudicum: ubi angelus ad Gedeonem, Dominus tecum virorū*
for-

fortissime; & iterum, Pax tecum:
 siue libro Ruth, ubi dixit Booz, mes Ruth. 2.
 soribus; Dominus vobiscum: siue in
 secundo Paralip. ubi dicitur; An 2 Paral.
 di me Afa & omnis Iuda & Benia-
 min, Dominus vobiscū, quia fuistis
 cū eo. Chorus respondet, Et cū spiri-
 tu tuo: quod sumptū est ex 2. ad Ti- 2. Tim. 4.
 moth. Dominus Iesus sit cum spiri-
 tu tuo. Deinde monet alios ut orēt,
 dicens: Oremus, quia Christus di- Matt. 26.
 scipulos suos monuit, ut orarent.
 Subiungit autem orationem officio
 congruam significatam per fumum
 aromatū: qui in Apocal. ascendit Apo. 8.
 de manu angeli in conspectu Dei.
 Orans autem, vertitur ad Orien-
 tem. Unde Augustinus in ser-
 mone domini de mōte: Cum ad ora-
 tionem stamus, ad Orientem con-
 uertimur, unde coelum surgit:
 non tanquam ibi sit Deus, & cete-
 ras mundi partes deseruerit, sed ut

admoneatur animus ad naturam excellentiorem se conuertere, id est, ad dominum: Et corpus quod terrenum est, ad corpus excellentius, id est, cœleste conuertitur. Subiungitur in fine orationis, Per dominum nostrum Iesum Christum, quia sine hoc nomine vel verbo non est perfecta oratio.

- Rom. 5. Sumptum est autem de Epistola ad Roman. Gloriamini, inquit, in Deo, per dominum nostrum Iesum Christum. Orando autem manus extendit, quia Christus cùm extendisset manus in cruce pro persecutoribus orauit, & dixit: Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Sicut Moyses contra Amalech in Exodo, manus leuauit, & de hostibus triumphauit: sic nos eleuantes manus, hoc est, in Deum dirigentes actus, Diabolum superamus secundum illud Apostoli: Leuantes manus

manus

manus puras in oratione. Nec debēt orationes istæ, quæ sūt in Missa excedere septenarium, quia Christus in septem petitionibus omnia comprehendit necessaria corporum, & etiam animarum. Debēt autem dici in munero impari: numero enim Deus impare gaudet: vel una, propter unitatem essentia: vel tres, propter trinitatem personarum: vel quinq₃, propter quinq₃ partitā passionem Domini; vel septem, propter gratiam septiformem: unde septies & non pluries salutatur populus in Missa, ut exclusis 7. vitis populus informetur septuplici gratia. Primo, in exordio. Secundo, in Evangelio. Tertio, dicto Symbolo. Quarto, post offertorium dicitur: Per omnia secula seculorum, & Dominus vobiscum. Quinto, cum dicitur Pax domini sit, &c. Sexto, post cōmunionem. Septimo, in fine, Primæ

autem orationes Missæ Collectæ dicuntur, eò quòd petitiones plebium subiectarum a Sacerdote, qui pro populo legatione fungitur, ad Dominum colliguntur. Unde nescio qua præsumptione pcurare nititur aliorum negotia, qui per sanctitatem vita non est familiaris angelis aut notus in curia: aut quid poterit impetrare, qui non audet coram præsentia iudicis apparere?

CAP. XXI.

Orationibus finitis
quid se-
fio Epi-
scopi &
Epistola
quæ legi-
tur, signi-
ficent de
clarat.
Luc. 22.

O Ratione finita, Pötifex Christi vicarius sedet in cathedra cum ministris, Christi ascensio- nem significans, qui secundum Apostolum coresuscitavit nos, & consedere faciet in cælis, unde sedent cum eo, quibus promisit secum sessuros in sede maiestatis suæ cum venerit filius hominis. Ministrorum vero quidam stant, quidam sedent cum eo: quia membrorum Christi qua-

qua-

quaedam sunt in certamine posita,
 quaedam verò in contemplatione
 & otio. Sedet autem Episcopus *Ezech. 3.*
 in loco eminentiore; quia tanquam
 Speculator, secundum interpreta-
 tionem sui nominis, videre debet
 desuper, & super alios intendere.
 quemadmodum Vinitori locus fit
 altior ad custodiendam vineam:
 sic Episcopis ad custodiendam Ec-
 clesiam. sicut scriptum est in *Eze. Ezech. 3.*
chiele: Fili hominis speculatorem
dedit te domui Israël. Speculator e-
nim ponitur ad speculandum & de-
nunciandum. Sedente autem Epi-
scopto & ministris, legit Subdiaco-
nus epistolā, Ioannem Baptistam si-
gnificans, qui praecessit Euangelium
& annunciauit Christum. Unde
ipse testatur: Ego vox clamantis Ioan. 1.
&c. Subdiaconum autem legentē
Epistolam vnus tantūm Acoluthus
comitatur; Diaconum verò legentē
Euang.

Euangeliū tam Subdiaconi quàm
 Acoluthi pro vario usu qui est in di
 uersis Ecclesijs, quia prædicationem
 Ioannis sequuti sunt pauci, Christi
 Ioan. 4. verò Euangelium multi. Unde in
 Ioanne audierunt Pharisei, quod
 Iesus plures discipulos facit quàm
 Ioannes: & quia Ioannes medius
 erat inter Apostolos & prophetas,
 inter legem & Euangelium conue
 niens cum prophetis, quia Christū
 Ioan. 1. venturum prædixit cum Apostolis,
 quia Christum presentem monstra
 Luc. 16. uit, & ideò lex & propheta usq; ad
 Ioannem, & ex eo regnum Dei Eu
 angelizatur. Ideò Epistola non sem
 per legitur de prophetis, nec semper
 de Apostolis: sed quandoq; de nouo,
 quandoq; de veteri testamento. Di
 citur autem Epistola supererogatio
 vel supermissio latine, quia literæ
 Apostolicæ supererogatae sunt Eu
 angelio, de quibus etiam frequenti
 us

TRACTAT. 57

us sumuntur. Hec autem Epistola, qua in dedicatione Ecclesie legitur de Apoc. sumitur: Vidi sanctam Apo. 21. ciuitatem nouam descendentem de caelo, &c. Ubi ostenditur, quomodo Ecclesia militans triumphanti Ecclesie conformatur. Sicut scribitur in Exodo: Inspice, & fac secundum Exo. 25. exemplar quod tibi in monte monstratum est.

CAP. XXII.

Lecta Epistola Graduale dicitur, quia post Ioannis predicatione Christum discipuli sequebantur. Unde à gradiendo Graduale dicitur. Unde in Ioanne scribitur: Audierunt duo discipuli Ioannem loquentem, & sequuti sunt. Erat autem Andreas, frater Simonis Petri, &c. Aut Graduale forte siue Gradale dicitur, quonia in gradibus ante Altare cantatur. Significat autem Graduale poenitentiam, unde

Hoc capite cur lecta Epistola Graduale dicitur, quidue id ipsum significet, demonstrat. Ioan. II.

Psal. 83.

unde in diebus illis qui ingem praefi-
 gurant latitiam, ut inter Pascha
 & Pentecosten, non dicitur: unde
 & duplex Alleluia dicitur. Illi ergo
 mysticè Graduale canunt, qui in
 valle lachrymarum positi de virtu-
 te in virtutē gradatim ascendentes
 has in corde disponunt. Id autē dici-
 tur Responsorium, eo quod uno praeci-
 nente vel pluribus, ipsis respondeat
 chorus. Subiungitur Versus, a ver-
 tendo dictus: aut quia dicto versu fre-
 quenter à versu ad Responsorium,
 maxime in maioribus ecclesijs, qua-
 rum morem prosequimur, sit reuer-
 sio: vel quia nos ad Orientem vici-
 nus versum cantando. In dedica-
 tione tamen Responsorium ut ver-
 sus dicitur, ut ex suavitate melodia
 populus in mentis dulcedinem exci-
 tetur. Unde in Esdra scriptum est:
 3. Esdr. 5. Steterunt Sacerdotes in ornatu suo
 cum tubis, & Levitæ filij Asaph in
 cym-

*cymbalis ut laudarent Deum. Et sequitur, Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando dominum, in eo quod fundatum est templum domini. Et quia non est vera pœnitentia sine interiori letitia, ideò nemo indignetur mihi si in Responsorio accipiam pœnitentiã, quæ sequitur ad Epistolæ lectionem, hoc est, ad prædicationem, Ioannis & mentis letitiam, quæ designatur in melodia canore dulcedinis, quòd fortè significabat illa confusio, de qua in Esdra legitur: Mul-
3. Esdr. 5.
*ti vociferantes in letitia leuabant vocem, nec poterat quisquã agnoscere vocem clamoris latantium, & vocem fletus populi. Et de utroq; in Luca: Lamentauimus vobis, & non
Luc. 7.
 plorastis; cantauimus vobis, & non saltastis. Si enim ad litteras seculares recurrimus, & quæ de Musica modulatione dicta sunt adinnicẽ
 confe-**

conferamus, apparebit in promptu
quàm sèpè iracundias cātilena re-
presserit, quàm multa in corporum
vel in animorum affectionibus mi-
randa perfecerit.

CAP. XXIII.

Hoc ca-
pite agit
de Alle-
luia, tra-
ctu & se-
quentia.

Post hæc sequitur Alleluia.
Adorabo, &c. Alleluia He-
braicum est, & interpretatur Lau-
date dominum. Tres enim lingua
sunt, quæ inter alias excellunt. He-
bræa propter legem, Græca propter
Sapiētiam, Latina propter regnū
& his tribus claruit crucis titulus,
& in his tribus Missa cantatur: nō
Kyrie eleison græcum est, O sanna,
Sabaoth, Alleluia, Hebraica. Post
Graduale ergo dicitur Alleluia,
quia post pœnitentiam ineffabilis la-
titia. Psalm. Qui seminant in la-
chrymis, in exultatione metēt. Eui-
tes ibant & flebant, &c. venientes
autem venient, &c. Remansit autē

hoc

C. TRACTAT. 61

hoc nomē Hebraicum, quod ineffabilem notat letitiam, non interpretatum; ut pegrinum est vocabulū, gaudium mysticaret ignotum, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit, & ideò potissimè illo tempore frequentatur, quo Christus resurrexit à mortuis, in quo nobis gaudium eterna beatitudinis designatur. Verbum hoc modicum in sermone neumatizando protrahimus, ut mens repleta stupore & extasi rapiatur illuc, ubi erit perpetua vita sine morte, dies sine nocte, certè sine fortè, incunditas sine dolore, tranquillitas sine labore, fortitudo sine debilitate, rectitudo sine perversitate, veritas sine fallacia, charitas sine malitia, felicitas sine miseria. Unde in diebus luctus, & maximè à Septuagesima usq; ad Pascha non dicitur Alleluia, quia Musica in luctu nar-

Eccl. 22.

narratio est importuna: tempus enim illud Babylonicæ captiuitatis fuit, in qua patres nostri super flumina Babylonis fleuerunt, & in salicibus eius ne canerēt, sed magis gement pro exilio suo, sua Organa suspenderunt. Dicitur autem Tractus illo tempore, qui lucum. Etum significat pro incolatu presentis miserie, sicut scriptum est: Hæm mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Ut Tractus à trahendo dicitur, eò quòd Sanctorum suspiria ab imo trahuntur pectoris, siue pro dilatione patrie, siue pro incolatu miserie. Unde duo sunt genera Tractuum: quidam pertinentes ad irriuum superius, ut Iubilate, Laudate: quidam ad inferius, ut De profundis, &c. quod autem repetitur Alleluia, quando non est Tractus vel Sequentia, duplicem significat stolam Sanctorum, quam habituri

TRACTAT. 63

turi sunt Sancti in patria: carnis,
 quia fulgebunt sicut sol, & tan-
 quam scintille in arundineto dis-
 current: & mentis, quia exulta-
 bunt Sancti in gloria, & letabun-
 tur in cubilibus suis. Additur au-
 tem Sequentia, & non protrahitur
 secundum Alleluia, sed Sequentia
 loco eius canitur, per quam eterna
 gaudia & Sanctorum laudes de-
 signantur. Unde scriptum est:
 Beati qui habitant in domo tua do-
 mine, in secula seculorum lauda-
 bunt te. Unde & sequentia maxime
 in consecrationibus & dedicationi-
 bus ecclesiarum dicitur, verba conti-
 nens laudabilia, & dulcedine carnis
 plena, in signum sanctorum igne san-
 ctispiritus ardentium, & dulciter con-
 cordantium, ut in ista Sequentia dici-
 tur: Rex Salomō facit templū, &c.
 & sequitur, In hac casa cūcta vasa,
 sunt ex auro de thesauro Salomonis
 peni-

Sap. 3.

Psal. 149.

Psal. 86.

penitus. Nam magistros & mini-
 stros docet doctos, & excoctos igne
 S. Spiritus. Et in illa similiter: Al-
 ma chorus domini, &c. Psalm. Sa-
 cut letantium omnium habitatio
 est in te. Dicitur autem quod No-
 cherus Abbas S. Galli de terra
 Teutonicorum post sequentias com-
 posuit. Nicolaus Papa eas in Eccle-
 sia cantari instituit.

CAP. XXIII.

De Euā-
 gelio, cur
 q; magis
 benedi-
 citur Dia-
 conus,
 quàm
 Subdia-
 conus.

Lecturus Euangelium Dia-
 conus ascendit pulpitum, & Sa-
 cerdos similiter cum legit sine Dia-
 cono. A dextera transit ad sinistra,
 & uterq; versus Aquilonem; sed
 transitus à dextera in sinistram dicitur
 significat: Primò, quia Christus ve-
 nit non vocare iustos, sed peccato-
 res. Illi enim per dexteram, hi per
 sinistram designantur. Secundo,
 quia cultus fidei primò fuit in popu-
 lo Iudeorum, deinde transfuit ad
 gen-

TRACTAT. 65

gentes, tertio reuertetur ad Iudeos:
 quando reliquia salua fient tempo-
 re predicationis Enoch, & Helia.
 Ideo Sacerdos in principio Missae
 consistit ad dextram, cum legit Eu-
 angelium conuertitur ad sinistram,
 & in fine Missae reuertitur ad dex-
 tram, secundum istos versus: Dex-
 tera Iudeos, Gentiles leua figurat.

Cœpit ab his, trāsfertur ad hos,
 retrofertur ad istos,

Nostra fides, & erunt in mundi fine
 fideles.

Ascendit autem Diaconus in
 pulpitum, unde & Dominus ascen-
 dit in montem ut Euangelium præ- Matt. 5.
 dicaret, quando aperiebat os suum,
 dicens: Beati pauperes spiritu, &c.

Et Esaia: Super montem excelsum Esa. 2.
 ascende tu qui euangelizas Syon,
 & contra Aquilonem, ut expulsa
 diabolica prauitate, qua in Aq-
 lione designatur, aspirare faciat De-

D us in

Can. 4.

us in cordibus Spiritu sancti firmo
rem. Unde in Canticis: Surge A-
quilo, veni Auster, perfla ortum
meum, &c. Lecturus autem Euan-
geliū Diaconus ab Episcopo benedi-
citur: quia secundū Apostolū, Quo-

Rom. 10.

modo predicabunt si non mittatur?
Non benedicitur Subdiaconus le-
cturus Epistolā, sed Diaconus lectu-

Heb. 1.

rus Euangeliū: quia Christus post-
quam in terris visus est, & cum ho-
minibus conuersatus est, Apосто-
los & Euangelistas visibiliter misit,

Lucæ.

& docuit. Illi autem egressi circui-
bant castella euangelizantes & cu-
rantes ubiq;. Lecturus autē Euan-
gelium debet se signare in fronte, &
ore, & pectore, quasi dicat crucem
Christi nō erubesco, sed corde cre-
do, quod ore predico. In fronte enim
sedes est verecundia: & dominus in

Luc. 9.

Euangelio: Qui me erubuerit, &
meos sermones, hunc filius hominis

eru-

erubescet, cum venerit in maie-
 state sua, & patris & sanctorum
 Angelorum. Debet etiam signare
 librum & osculari: quasi dicat, Hic
 est liber crucifixi, per quem sumus
 DEO reconciliati. Baruch: Hic Bar. 4.
 est Liber mandatorum Dei, & lex
 que est in aeternum, &c. Anasta-
 sius autem ut legitur, in gestis Pon-
 tificibus precepit, ut quoties Eu-
 angelia recitarentur, Sacerdotes
 non sederent. Unde & stando de-
 bet audiri Euangelium, & illa can-
 tica que de Evangelicis sumun-
 tur, ut Magnificat, & Nunc di-
 mittis, & Benedictus Deus Israël,
 &c. stando cantantur. In altiori
 gradu legitur Euangelium quam
 Epistola, quia doctrinam Apo-
 stolicam excedit Christi Doctri-
 na. In cuius figura dicitur in Es-
 dra: Steti Esdras scriba super Esd.
 gradum ligneum, quem fecerat ad
 D 2 loquen-

68 DE OFF. EPISC.

loquendum, & paulo post super uni-
uersum quippe populum eminebat:
Caput detegitur cum Euangelium
legitur: ut designetur attentio & de-
uotio. & quia omnia velamina legis
remouit Euangelica predicatio, &
infusa est manifesta cognitio, nec
debemus nos apodiare nisi neces-
sitate compulsi: licet Iudaei comeden-
tes agnum Paschalem baculos tene-
rent in manibus, quia Christo pra-
dicante à legalibus, quibus fulcie-
batur Israël, absoluti sumus: aut cer-
tè baculos deponere deberent homi-
nes cum legitur Euāgelium, ut non
querant vindictam, sed sint mites,
tollentes super se leue Domini in-
gum. Quod autem Clerus respon-
det, Gloria tibi domine, sumptum
est de actibus Apostolorum: Glori-
ficauerunt Deum, dicentes: Ergo &
Gentibus Deus dedit pœnitentiam
ad vitam, quia mittit eis verbum
salu-

Act. ii.

TRACTAT. 69

salutis. Unde Euangelium bona
nunciatio interpretatur. Legitur
autem Euangelium quandoq, secun-
dum historiam, ut illud: Maria
Magdalena & Maria Iacobi, &c. Mar. vl-
timo.
Aliquando secundum allegori-
gam, ut in Assumptione beata Vir-
ginis, illud Euangelium legitur de
Martha & Maria, ut significetur
beatam Virginem excellentissimā
habuisse in utraq, vita actiua &
contemplatiua. & in consecratione
Ecclesie, sine dedicatione illud Eu-
angelium de Zachaeo, ut designetur
indignè accedenti peccatorum re-
missio. unde dicitur ibi: Hodie sa-
lus huic domui facta est. Aliquādo
secundū partem, ut in festo S. Cru-
cis legitur Euangelium de Nicode
mo, propter istam clausulam: Sicut
Moyses exaltauit serpentem in de-
serto: in quo fit mentio de exalta-
tione corporis Christi in cruce. Ali

Luc. 10.

Luc 19.

Ioan. 8.

D 3 quan-

Luc. 1.

quando secundum totum, ut illud
Circumcisione. In profestis autem
diebus precedit vnus careus tam
Diaconum: quia Ioannes Baptista
Christi praecursor & lucerna vera
precessit humiliter Christi aduentum
sed in diebus festis precedunt de
carei, quia in secundo Aduentu, qui
manifestus erit, precedet Helias
& Enoch duo praecones Christi: autem
ad praedicandum ante faciem Chri-
sti missi sunt Apostoli bini & bini.
Sunt multa alia quae ante Euangeli-
um geruntur, sed ad praesentes ec-
clesiarum varios usus dimittantur.

CAP. XXV.

Hoc ca-
pite tra-
ctat de
Symbo-
lo, &
quando
debeat
dici.

Icto igitur Euangelio, libri
& thuribulum reportantur ad
Episcopum, quia ad eum bona omnia
referenda sunt, à quo bona cuncta
procedunt. Ipse est enim Alpha & Omega
finis & principium. Deinde sequitur
Symbolum, quod cantari debet
Missam

Missam Damasus Papa constituit,
 in quo innuitur, quia quod fide cre-
 dendum, ore est cōfitendum. Corde Rom. 10.
 enim creditur ad iustitiam, & ore
 confessio fit ad salutem. Dicitur au-
 tem Symbolum collectio ex com-
 muni sententia: quia sicut dicitur,
 Apostoli post missionem Spiritus-
 sanctissimi conferentes, duodecim
 articulos composuerunt, quos tenen-
 dos populo predicauerunt. Et iste
 est duodenarius numerus multipli-
 citer figuratus & sacratus in 12.
 Apostolis, in 12. Prophetis, in 12.
 Patriarchis, in 12. exploratoribus,
 principibus, tribubus, fontibus, &
 multis duodenarijs in Biblia desi-
 gnatis. Cantatur autem Symbo-
 lum generaliter in festis illorum,
 de quibus mentio fit in Symbolo:
 & propter hoc in dedicationibus
 Ecclesiarum dicitur Symbolum,
 propter illum Articulum, Sanctam

Ecclesiam Catholicam. Tunc enim
 Ecclesia sanctificatur, & ut ita di-
 cam, catholicatur. & in festis Apo-
 stolorū, quia ipsi composuerūt Sym-
 bolum: & in omnibus diebus Dom-
 nicis, propter prerogatiuam eorum,
 & in natali Domini, & in Epipha-
 nia & Cœna Domini, de qua dici-
 tur, Sanctorum communionē. Cœ-
 na enim Domini est solemnitas Eu-
 charistie, ad quam pertinet San-
 ctorum communio. Ad Epiphani-
 am verò pertinet quod dicitur de
 Baptismo, de Ascensione & Pente-
 coste, & Natiuitate, patet manife-
 stè. De festo Angelorum fit men-
 tio nomine cœli & terra, in quo in-
 telligitur natura angelica & mun-
 dana: tamen quidam non cantant
 Symbolum in festis Angelorum,
 quia, ut dicunt, non habuerunt fi-
 dem, sed agnitionem. In octauis can-
 tatur propter illud, Resurrectionē
 mar-

mortuorum, quae fiet in octava eta-
 te: Octava enim gloriam signat re-
 surrectionis. Et ideo licet in festo
 Innocentium non cantetur Symbo-
 lum, quod tamen cantare debuerat,
 quia erat infra octavas Natiuita-
 tis Domini: tamen quia vox in Matt. 2.
 rama audita est, ploratus & ulula-
 tus, Rachel ploras filios suos; & quia
 descenderunt ad Inferos, & quia non
 loquendo, sed moriendo confessi sunt:
 ideo canticum letitiae tollitur, nec
 hymnus Angelorum, nec Alle-
 luia, nec Symbolum dicitur, nisi in o-
 ctavis tantum. propter rationem di-
 ctam: quia Octava pertinet ad Re-
 surrectionis gloriam. Unde infra
 octavas Epiphania, Pascha, Ascen-
 sionis, Pentecostes, Petri & Pauli,
 Assumptionis B. Virginis, & Na-
 tiuitatis eiusdem dicitur: tamen in
 nativitate Ioannis Baptista, & fe-
 sto S. Laurentij Symbolum non di-
 citur,

cur, sed in octavis eorum cātat
 eò quòd infra octavas Apostolo
 & Assumptionis occurrunt. Un
 in octavis Ioannis Baptista dicit
 prefatio de Apostolis, & in octa
 B. Laurentij de Assumptione,
 octava tamen Agnetis non dicitur
 quia non appellatur propriè octava.
 In festis S. Crucis, & B. Virg
 nis semper Symbolum dicitur,
 in festis Trinitatis, & in festo M
 gdalena, quidam dicunt quòd f
 rit Apostola apostolorum: quia p
 ma Resurrectionis gaudium Ap
 stolis nunciauit. De quibusdam
 men fit mentio in Symbolo, in qu
 rum festis non dicitur Symbolum
 Ut passionis, sepultura: quonia
 officium eorum non sequitur reg
 lam aliorum dierum.

CAP. XXVI.

De Offer
 torio &
 oblatio
 nibus.

In Ecto Euangelio & dicto Sym
 bolo, sequitur de Offertorio
 quòd

quòd ideò sic appellatur, quia tunc offertur, quia tunc Sacerdos recipit oblationes à populis, & hostias à Ministris, & dum offertur Offertorium cantatur. Unde in lege cum offerentur holocausta, ceperunt laudes offerre Domino, sicut habetur in libro Paralippom. Sed finita oblatione stant homines in oratione. Unde in Paralip. dicitur: 2. Par. 19.

Cum finita esset oblatio incuruatus est Rex, & omnes qui erant cum eo, & adorauerunt. Sed antequam Episcopus aut Sacerdotes accedant ad sacrificium faciendum, lauatur manus eorū. Unde in Exodo dicitur Aaron: Facies labium aeneū & cū basi sua ad lauandū, & c. Et sequitur: Missa aqua lauabūt in ea Aaron & filij eius manus suas & pedes. Opera significant & affectus, quando accessuri sunt ad altare. Quod autē dicitur in offerenda dedicationis;

1. Par. 29 *Domine Deus in simplicitate cordis, & c. sumptum est ex eo, quod Salomon in dedicatione templi hostiam obtulit, cuius exēplo se & dona sua offert populus Domino. Postmodum corporalia super Altare disponuntur: unde sicut in syndone mundata linea corpus Christi erat inuolutum ita debent esse corporalia simplicitate linea, non serica, imò sine tinctura & secundū consuetudinem Romanae curiae, unum expansum, & alterum super calicem plicatum, ut in plicato accipiamus fidem, & in expanso cognitionem, ut quod corde credimus, cognoscere valeamus. Et haec de antecedentibus ad Canonem sufficiant*

CAP. XXVII.

De his, quæ sūt à Saacer. dote post Offerro. sium.

Post oblationē temporalem prosequitur Sacerdos oblationem spiritualem: sed antequā ingredietur Canonem, accipit patenam & urceo.

urceolum, calicem & incensum: patenam cum hostia, urceolum cum aqua, calicem cum vino, thuribulum cum incenso, efficit super ea crucis signum: quae omnia habent sensum mysticum. Incensum enim deuotionis odolendum est in thuribulo cordis, igne charitatis, ut emittat odorem suauitatis: per patenam uero, quae à patendo dicitur, cor patens & charitate dilatatum designatur, ut ambulet in latitudine charitatis, qui uult esse minister, aut particeps Sacramenti altaris. Absconditur autem patena sub corporali, ut designetur timor & latibulum, quo latuerunt in passione Christi Apostoli. Inclinatorum Sacerdos ad populum orat ut oretur pro eo: & deinde orat pro populo typum Christi gerens, qui pro se orauit dicens: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum. Et deinde pro populo sibi credituro: Pa-

Ioan. 17. *ter sancte serua eos, quos dedisti*
hi, ut sint unum sicut & nos. De
de accedit ad praefationem, quae
citur preloquutio, hoc est, ad myste-
rium preparatio. Orat autem vo-
demissa, representans silentiū Ch-
 Esa. 53. *sti in passione factum: quia sicut*
ouis ad occisionem ductus est,
sicut agnus coram tondente se ob-
mutuit, & non aperuit os suum: &
dicitur submissè propter reueren-
tiam. Unde legimus quosdam pa-
stores ultione diuina percussos, qui
super quendam lapidem panem pe-
suerunt, & verba Canonis proferen-
tes, percussi sunt à domino. Ex tum-
ordinatum est, ut de cetero diceret-
tur silēter, quod prius dicebatur pa-
tenter, sed in fine eleuat vocem suā
dicēs, Per omnia secula seculorum.
quia querit eleuationem & exal-
tationem praecipuè in caelo, &, quia
hoc mysterium nullus ratione na-
 tura-

TRACTAT. 79

turali potest cōprehendere, ideò mo-
net sursum corda habere; & ideò
statim adiungit se Angelis, hymnū
dicens angelicū: Sanctus, Sanctus,
&c. Qui partim verba habet ange-
lica, scilicet, Sanctus, sanctus, &c.

Sicut patet in Isa. partim humana, Esa. 6.
sicut patet ex Euāgelio, q̄a qui praei-
bant & qui sequebantur, clamabāt:
Osanna, &c. Benedictus qui venit Matt. 21.
in nomine domini. Hic aut̄ quidam
Missam incipere dixerunt, eò quod
in primitiua Ecclesia Catechumeni
solebant interesse celebrationi Mis-
sa usq; ad Consecrationem, & tunc
clamabat Diaconus: Catechume-
ni exeant foras, & quia foras mitte-
bantur, ideò Missa dicebatur.

CAP. XXVIII

Sacerdos igitur secretum Missae Conueni-
celebrans, representat ea, quae entia Sa-
olim faciebat Pontifex intra san- cerdotis
cta sanctorum, & quae CHRI- legalis in-
trātis ad-
stus.

sancta
sancto-
rū: & Eu-
angelici
acceden-
tis ad se-
cretum.
2 Par. 3.
Matt. 27.

Exod 39.

stus egit, quem ita prefiguravit. U-
de sicut templum erat diuisum
duas partes velo interposito, pro
autem pars appellabatur Sancta
interior verò Sancta sanctorum
ita & nunc in Ecclesia. Unde qui
quid in officio Missæ agitur ante se-
cretum, quasi in priori tabernaculo
agitur. Quidquid verò in secreto
agitur, representat id, quod in
Sancta sanctorum agebatur, ubi
erat Altare incensi, & arca testa-
menti, & tabula super arcam, &
per tabulam duo Cherubin mutua
se respicientia. Intrabat autem
solus Pontifex semel in anno habens
nomina patrum in rationali & supra
per humerali scripta, ferens sangui-
nem & carbones, quos cum thymiama-
mate in thuribulo orās ponebat: de-
inde fumus cum obumbrabat: de-
inde aspergebat tabulam & Alta-
re sanguine: deinde exhibat ad popu-
lum

TRACTAT. 81

lum & lauabat vestes, nec vocabatur mundus ante vesperam. Prius tabernaculum, Ecclesia militans; posterius, Ecclesia triumphans; Pontifex, Christus; sanguis, passio Christi; carbones, charitas eius; thuribulum, caro ipsius; thus crematum super arā, orationes ipsius; vestes quae lauantur, homines qui mundantur; vespera, finis hominis: antiqua vero est, perfectio sanctificationis. Sicut ergo Pontifex olim intrabat Sancta sanctorum cum sanguine semel in anno, & Christus semel in caelum Heb. 9. per proprium sanguinem: sic Episcopus aut Sacerdos intrat cum sanguine, quando accedens ad Canonem memoriam passionis Christi tenet in mente.

CAP. XXIX.

Sunt autem septem partes in Canonem. Prima à Te igitur usque ad Quam oblationem, &c. sicut suis

Propo-
nuntur
hoc capi-
te septi-
mo Ca-

nonis
partes:
quarum
hæc pri-
ma est.

suis locis videbitur. In prima igitur parte tria apponimus, pro tribus rogamus, tria petimus, tres cruces facimus. Apponimus enim panem, & vinum, & aquam. Hæc enim sunt necessaria vitæ hominis exterioris; & in his tribus intelligitur vita hominis interioris. In aqua, fides, quæ latet & nutritur aquis Baptismi. In vino, quod lactificat, spes. In pane, quod confirmat, charitas. De pane & vino habemus figuratum in sacrificio Melchisedech: De aqua in percussione lapidis à Moysè. Et in Euāgelio dicitur Introeuntibus vobis in civitate occurret vobis homo amphorā aquæ baiulans, sequimini eū, & dicite domino domus, ubi faciā Pascha cum discipulis meis, &c. Pro tribus rogamus, primò generaliter p̄ omnibus dicētes in primis: Quæ tibi offerimus p̄ ecclesia tua sancta catholica

lica,

Gen 14.

Exod. 17.

Luc, 22.

TRACTAT. 85

lica, &c. Secūdo, pro familiaribus nostris absentibus: Memento domine famulorum, famularum-que tuarum, &c. Tertio, pro circumstantibus & omnium circumstantium, &c. tria petimus, scilicet, ut dies nostri disponantur in pace, ut eruamur ab aeterna damnatione, ut numerari mereamur in dominico grege. Et ideo tres cruces facimus, ut per virtutem crucis primò apposta benedicantur: secundo, hi pro quibus apponuntur: tertio, ut qua petimus, impetrentur.

SECUNDA pars incipit ab illa parte: De secunda parte Canonis
 Quam oblationem, usq; Qui pridie, &c. ubi petimus, ut qua ià benedicta sunt, in verum sacrificiū transformentur. Quinq; ergo cruces facimus: quia qua benedicta sunt, petimus in illud transferri: quod in quinque praecepsit, omnium scilicet gratiarum plenitudine & bonita-

84 DE OFF. EPISC.

bonitate, summo honore & dignitate, summo dominio & potestate, summa Dei charitate & proximi dilectione: quæ omnia superexcellenter fuerunt in Christo, quæ uocamus hostiam benedictam, omnium gratiarum plenitudine, ascriptam summa dignitate, ratam summa potestate, participationem corporis & sanguinis Domini in Dei & proximi signanda charitate. Vel idem quinq; cruces facimus, ut predictis quinq; nobis necessaria impetremus ex participatione sanguinis, remissionem peccatorum; ex participatione corporis, unitatem in societate Sanctorum; ex summa potestate, timorem & sollicitudinem mandatorum; ex summa dignitate & honore, honestatem uitæ & maturitatem morum; ex plenitudine gratiarum, plenitudinem premiorum.

Tertia pars incipit, Quæ à pridie usq;

Tertia
Canonis
pars.

TRACTAT 85

vsq³ ad illud: Vnde & memores:
 ubi duas cruces facimus, ubi etiam
 panis & vinum transeunt in verum
 Christi sanguinem, & verum cor-
 pus. Duas autem cruces ideò faci-
 mus circa hanc partem, propter du-
 plicis nature scilicet corporis & ani-
 mæ redemptionem. Transit autem
 panis in corpus Christi circa hanc
 partem tertiam; quia Christus ap-
 paruit in tertio tempore per huma-
 nitatem assumptam. Sicut enim
 tria sunt tempora, ante legem, sub
 lege, & sub gratia, & in solo gratia
 tempore Christus venit, qui Sacra-
 mentum hoc celebravit & instituit:
 sic in ista parte Canonis tertia, pa-
 nis in corpus, vinum in sanguinem
 Christi transit.

Quarta pars incipit ab illo loco, **Canonis**
 Vnde & memores: ubi quinq³, **quarta**
 cruces facimus, quia Christum sub **pars.**
 quinary ratione offerimus, p^r quin-
 que

que rogamus, & quinq; petimus. Offerimus enim Christum, qui fuit hostia pura in passione, hostia sancta in resurrectione, hostia immaculata in ascensione: panis vite esurientibus, calix salutis perpetue sitientibus. Unde & horum trium ibidem memoriam facimus, passionis, resurrectionis, ascensionis Domini nostri, ut ex imitatione passionis per mortificationem carnis offeramus hostiam puram; ex imitatione resurrectionis per nouitatem castitatis offeramus hostiam sanctam: ex imitatione Ascensionis per eleuationem mentis offeramus hostiam immaculatam, ut puluis temporalium non maculet cor superius eleuatum: ex participatione panis sancti vite eterne obtineamus unitatem charitatis, & ex participatione calicis salutis perpetue magnitudinem iucunditatis. Rogamus

mus

TRACTAT. 87

Of
ho
Eta
la-
en-
en-
bi-
io-
Do-
sio
fe.
ta-
em
m-
nis
vus
em
ius
nis
ni-
ba-
ra-
ga-
nus

mus etiam pro quinq³, pro fidelibus
& uiuis omnibus, pro altaris com-
participibus, pro defunctis fami-
liaribus, pro defunctis omnibus,
pro nobis peccatoribus. De primo:
Supra quæ propitio: de secun-
do, Ut quotquot ex his altaris
participatione; de tertio: Memē-
to famulorum, &c. qui nos præ-
cesserunt, &c. de quarto, Ipsis &
omnibus in Christo quiescēti-
bus, &c. de quinto, Nobis quoq;
peccatoribus. Quinq³ etiam peti-
mus, duo uiuis, ut scilicet omni bene-
dictiōe cœlesti & gratia repleamur,
ut intra cōsortium Sanctōrū admit-
timereamur: tria fidelibus defun-
ctis, Refrigerij sedē, quietis beatitu-
dinem, luminis claritatem.

Q^uinta pars incipit ibi: Per quē
hęc omnia; ubi captamus per-
sonarum beneuolentiam, ut peti-
tionum nostrarum consequamur
effica-

Quinta
pars Ca-
nonis,

38 DE OFF. EPISC.

efficaciam, patris commendanda fer
 charitatem ineffabilem, per bene ne
 ficium creationis Spiritus sancti, per fa
 beneficium spiritualis perfectionis da
 qua consistit in actu triplici, San du
 ctificatione, viuificatione, benedi lun
 ctione, & ideo tres cruces facimus ad
 ad haec tria. Humana enim natura ma
 creata est arbitrio libera, ergo pro net
 ficere non potuit sine gratia. Ideo a rie
 verbum creationis non facimus s Bo
 gnum crucis, ad tria sequentia facio
 mus, quia ex virtute sanctae Crucis Pa
 in bono gratiae stabilimur & profi rie
 cimus: sanctificamur enim per re um
 missionem peccatorum, viuifica nat
 mur per habitus virtutum, benedi Ad
 camur in consumatione premio Gr
 rum. lum

Sexta
 Canonis
 pars.

Sexta pars incipit ibi, Per ipsum de
 & in ipso, &c. Ubi sumpta ma tat
 iori audacia omnium petitionum pœ
 strarum summam in breui pro- &c
 fert.

ferimus, quæ sub septenario conti-
 nentur, ubi etiam quinque cruces
 facimus. Petitionum autem quæ-
 dam sunt propter bonum adipiscen-
 dum, quedam verò propter ma-
 lum amouendum. Bonum autem
 adipiscendum vel pertinet ad ani-
 mam, vel ad corpus. Si perti-
 net ad animam aut est bonum glo-
 ria, aut perseverantia, aut gratia.
 Bonum ergo temporale ad sustenta-
 tionem vite necessariam, petitur ibi,
 Panem nostrum, &c. Bonum glo-
 ria, ibi, Sanctificetur nomen tu-
 um, &c. ubi plenè sanctificata erit
 natura. Bonum perseverantia, ibi,
 Adueniat regnum tuum, &c.
 Gratia, ibi: Fiat volūtas tua. Ma-
 lum autem amouendum aut culpa,
 de quo: Et dimitte nobis. aut ten-
 tatio, Et ne nos inducas, &c. aut
 pœna, ibi, Sed libera nos à malo,
 &c. quæ omnia petimus amoueri.

E Quin-

Quinq³ cruces facimus, ut per virtutem crucis ad cognitionem plenariam pertingamus, credendo filium cum patre aternitatem, equalitatem, consubstantialitatem, modum existendi utriusq³, ante mundi constitutionem, & post mundi confirmationem, Spiritus sancti cum patre & filio unitatem: & ideo in sexta serie sunt cruces aliter quam prius facienda. Prima enim crux ex utraque parte ultra calicem extenditur, secunda calici coaequatur, tertia infra calicem coarctatur, quarta eadem cum prima secundum rationem communem, quinta fit ante calicem. In his ergo quinque si quis diligenter inspexerit, ea quae dicta sunt videre poterit.

Septima
pars Ca-
nonis.

Septima pars incipit à pace, ubi & tres cruces facimus. Tres enim notae sunt humane naturae.

Pr

TRACTAT. 91

Prima, qua anima uiuit simul cum corpore. Secunda, qua anima uiuit relicto corpore. Tertia, qua uiuit resumpto corpore. In prima pax est necessaria, qua longè faciat animam ab utroque, quod erit imperfecta beatitudine. Ideò ergo tres cruces facimus, ut ad istam triplicem pacem per uirtutem crucis ueniamus: tamen aliqui duas tantum faciunt, quia solius hominis corpus & anima redimenda & ad pacem reducenda sunt. In hac parte dicitur Agnus Dei. Tria enim sunt tempora: duo misericordie, peregrinationis in mundo, expectationis in purgatorio: tertium pacis & iusticie, quod erit corpore resumpto. Ideò dicitur Agnus DEI bis cum obsecratione misericordie, semel autem sub obsecratione pacis & perfecta iusticie.

E 2 CAP.

Ostendit
quomo-
do omni-
bus parti-
bus Ca-
nonis re-
spondeat
figura
veteris
Testa-
menti.

Heb. 9.

HAec autem de Canone, qui
latine regula dicitur, quia
hunc regulariter passionis domini
ca recordamur, breuiter expedita
sunt, quia de eo plenius multi sancti
& doctores Ecclesiae tractauerunt:
tamen ut aliquid de figuris dica-
mus, sicut in principio disposuimus
in illa parte ubi dicitur; Te igitur,
&c. significatur illud, quod Ponti-
fex olim intrabat Sancta sanctorum
cum sanguine: deinde sequitur, Im-
primis, &c. usq; ibi, Communi-
cantes, &c. in quo apparet illud,
quod legalis Pontifex ingrediens
Sancta sanctorum; & Christus an-
te passionem orauit se glorificari,
& discipulos cōseruari. Et sicut se-
dens ad dexteram patris interpel-
lat pro nobis, sic noster minister
præsequens Aaron & Christum,
pro tota supplicat Ecclesia: deinde

pro

TRACTAT. 93

pro prelatiſ & ſubdiſ. Sequitur, Communicantes, uſq; ad hanc, Igitur, ubi repræſentatur quomodo legalis Pontifex thuribulum pleniſ viniſ carbonibus intra Sancta ſan-

Exod. 37.

ctorum ſecum portauit, habens nomina patrum ſcripta in rationali & ſuper humerali. Et Chriſtus thuribulum carniſ ſuæ plenum omni feruore charitatiſ, & munere gratiarum ſuper cœlum tulit nomina, etiam eorum qui ſunt eiſ mente & opere nouit. Unde & ibi nomina Sanctorum leguntur & exprimuntur. Sequitur, Hanc igitur, &c. uſq; Supplices, &c. ubi repræſentatur, quomodo legalis Pontifex orans fumo thimiamatiſ obumbratur & tegebatur: ſic Chriſtus dñi patrem interpellat pro nobiſ, occultatur, quia nulluſ intelligit quantũ apud patrem per præſentiam aſſumptæ carniſ à Chriſto nobiſ impetra-

E 3 tur:

tur, aut certè ista tectio significat in
cōprehensibilitatē, quæ est in hoc my
sterio, cætera q̄ sequuntur ibi, Qui
pridie, &c. sumuntur ex verbis
Christi in Euāgelio. sequitur: Sup-
plices te rogamus, usq; ibi, Prece-
ptis, &c. Hic representatur illud,
quod lex præcepit, quod Pōtifex le-

Leu. 16. galis sanguine aspergeret tabulā
ne ppiciatoriū & altare exterius.

Christus enim toties aspergit sangui-
ne patrē, quoties eū placat p̄ carnis
assumptionē. Aspergit arā, dum mi-
serū angelorū restaurat: aspergit
etiam populū sanguine, dū nos patri
recōciliat, dum etiā nominibus suis

Psal. 109 sanctorum nomina bis cōmemorat,
sanctorum nomina in duplici veste
portat. Sequitur: Oremus, Prece-
ptis, &c. ubi representatur quomo-
do Pōtifex legalis regressus ad po-
pulū se lauabat, & immundus usq;
ad vespērā erat: sic Christus ad Ec-

Leu. 11. clesi-

clesia redire dicitur cōpatiēdo & auxiliādo lauare vestes, sanctos mū dando, qui tamen vsq; ad finē mūdi nō erūt sine macula, & sine veniali aliquo, & hæc de officio Missæ sufficiant. CAP. XXXI.

SEquitur titulus ad clericum faciendum. In primis igitur interpretatur Clericus vocabulum suum. Cleros enim græcè, fors latinè. Propterea enim vocantur Clerici, quia sunt de sorte domini, vel quia dominus fors, id est, pars eorū est, secundū illud psal. Dominus pars hereditatis meæ, &c. Antiquitus enim Mathias sorte electus, & oēs, et os illis tēporibus ecclesiarū principes ordinabant, sorte eligebant. Quam autem modo Clerici sunt, portant tenuram: cuius mysteriū est, q̄a capilli in capite significant cogitationes in mēte. Unde Greg. in Moral. Caput tondere, est cogitationes superfluas

Descripto Missæ sacrificio, eiusq; ceremonijs, nūc consequenter tractat de ordinibus: & primo de Clericis faciēdis. Psal. 15. Act. 1.

à mente resecare. Capilli autem in
 inferiori parte capitis remanent.
 Non enim precipitur Christiano
 ne aliquando cogitet de temporalibus,
 sine quibus præsens vita non
 transigitur, sed partem animæ, quæ
 temporalia regit, esse debere subdi-
 tam menti, sicut est mulier viro.
 Circulus verò capillorum virtutem
 equalitatis rationi undiq; consenti-
 entem significat. Tunc enim bene
 gubernantur res temporales, si ratio-
 ni conuenerint. Et sic Clericus, sicut
 dicit Horatius: Fortis & in seipso
 tusteres, atq; rotundus. Superiorem
 partem capitis rasorio sæpè renouamus,
 cum forti sollicitudine super-
 fluas & temporales cogitationes de
 animi nostri superiori parte reseca-
 mus: in inferiori parte coronam por-
 tamus, cum ea, quæ secundum mun-
 dū necessariò gubernare debemus,
 concorditer cū ratione coequamus.

Usus

Usus autem Corona à Nazareis Deut. 33.
 exortus est, qui prius crines serua-
 bant, deinde post vita continentiam
 deuotione completa caput radebāt,
 & capillos in igne sacrificij pone-
 bāt, ut perfectionem deuotionis sua
 domino consecrarent. Unde Apo-
 stoli eos qui in diuinis laudibus mā-
 cipati domino erant consecrati, in-
 nouari faciebāt crine deposito qua-
 si Nazarei sint & Sancti. Unde in
 Ezech. Fili hominis, sume tibi gla- Ezech. 5.
 dium acutum, & duces per caput
 tuum & barbā. Ipse enim de gene-
 re sacerdotali & in sanctificationis
 ministerio Domino seruebat. Hoc
 & fecisse legimus Priscillam & Actor.
 Aquilam, Paulum, & alios quos-
 dam discipulos Christi. Corona eti-
 am latitudo est aurei circuli, qui re-
 gum capita cingit & clericorū am-
 bit, ut in eis impleatur quod Petrus
 dicit: Vos estis genus electū regale 1. Pet. 2.

Sacerdotium. Non autem Clerici nostri comam nutriunt, & postmodum tondeant, sed antiquitus Nazarei: quia illud pertinebat ad legis velamen, istud autem ad Euangelij reuelationē. Unde Moyses ponebat velamen ante faciē suam, & Nazarei nutriebant comā: quia qui tunc velabantur, modo reuelantur, secundum illud Apostoli: Cū trāsierim ad Christum, auferetur velamen. Sunt autem duo genera Clericorū, quidā enim sunt Ecclesiastici, quorum regulā determinauit August. & Isidorus in 2. lib. de officijs: Quidam verò Acephali, qui nec inter Laicos, cū non sectentur eorū officia, nec inter Clericos, quippè cū religionem vitæ non habeant, sunt deputandi, sed hypocentauris similes, neque homines sunt, neque equi, sed, ut ait Poeta, Mistumq; genus prolisq; biformis.

CAP.

CAP. XXXII.

Sequitur titulus de ordinibus ce-
 lebrandis: ubi primò sciendum
 est, secundum consuetudinē Roma-
 nae ecclesiae, cum Papa solēniter cele-
 brat, sex habere secum ordines Cle-
 ricorū: Episcopos, Presbyteros, Dia-
 conos, Subdiaconos, Acoluthos &
 Cantores. Ipso senario numero desi-
 gnatur p̄fectio, eò quòd redditur ex
 suis partibus aliquoties aggregatis:
 significat aut̄ perfectionē, quae debet
 esse in ecclesiae ministris. Et sex mi-
 nistrorum ordines legimus fuisse in
 veteri Testamento: Pontifices, Sa-
 cerdotes, Levitas, Nathinaeos, Ia-
 nitores & Cantores. De quibus in
 Epistola Artaxerxis ad Esdram: 1. Esd 7.
 Notū facimus vobis de uniuersis sa-
 cerdotibus & leuitis, cantoribus &
 ianitoribus, Nathinaeis & ministris
 domus DEI, ut eis vectigal & tri-
 butum & annona nullatenus impo-
 natur.

De ordi-
 nibus ce-
 lebran-
 dis, quos
 confert
 ijs, de
 quibus
 legimus
 apud Es-
 dram in
 veteri te-
 stamēto:
 & hoc ca-
 pit. agit
 de 4. mi-
 noribus
 ordini-
 bus.

1. Esd 7.

natur. Sunt enim septem ordines, septiformem gratiam Spiritus sancti representantes: quatuor minores, & tres maiores, de quibus serio prosequamur. Primi igitur sunt Ostiarii, qui ianitores dicti sunt in veteri Testamento. Unde in primo

1. Para.

Paralip. Per quatuor ventos erant Ostiarii, id est, ad Orientem & Occidentem, & c. Et sequitur: Quomodo quatuor Leuitis traditus est numerus Ianitorum, & erant super sacrarium, vel super exedras & thesauros domus domini, per gyrū quoque templi domini morabantur in custodijs suis, ut cum tempus fuisset ipsi manē aperirent fores. Et in 2. eiusdem: Constituit quoque ianitores in partes domus domini, ut non ingrederetur eā immundus, & c. Inde est, quod quando ordinantur, suscipiunt claves Ecclesie & tangunt ostium. & audiunt ab Episcopo: Sic agite,

agite,

agite, quasi reddaturi rationem pro
 ijs rebus, quæ his clauibus recludun-
 tur. Tunc autem Ostiariorum offi-
 cium peragunt, cum aliquem per fi-
 dem in Ecclesiam introducunt. Vn-
 de Aug. super Ioannem 42. home-
 lia: Ego veni ut vitam habeant, hoc
 est, fidem, quæ per dilectionem ope-
 ratur, per quam fidem in ouile in-
 grediantur ut uiuant. Secundo suc-
 cedunt Lectores. Vnde legimus in
 veteri Testamento Esdræ fuisse
 lectorem. Sicut scriptum est in eo. 1. Esdr. 7.
 dem Esdra: Dixerunt Esdræ scri-
 ba, ut afferret librum legis Moyse.
 & sequitur, Stetit autem Esdras
 scriba super gradum ligneum, &
 aperuit librum coram omni populo.
 Dicit autem Isidorus, quod hic or-
 do sumpsit initium à Prophetis. Un-
 de accipiunt ab ore Episcopi: Acci-
 pite, & estote verbi Dei relatores
 habituri partem, si fideliter & uti-
 liter.

liter impleneritis officium vestrum cum his, qui verbum DEI bene administrarunt, & ideo dat eis codicem diuinarum lectionum, ad Dei verbum annunciandum & legendum distinctè & expeditè seruans differentiam accentuum, & representans modos & diuersitates affectuum vtentes nunc voce indicantis, nunc dolentis, nunc interpretantis, nunc exhortantis.

Act. 19. Tertio succedunt Exorcistæ, de quibus dicit Beda super Acta Apostolorum. Refert Iosephus Regem Salomonem excogitasse, suamque gentem docuisse modos Exorcismi, hoc est, coniurationis, quibus immundi Spiritus expulsi ab homine, reuerti ulterius non sunt ausi. Hi cum ordinantur, audiunt ab Episcopo: **Conc. Thole. Act. 23.** Accipite, & commendate memoria, & habetote potestatem ponendi manus super Energuminos, siue bapri-

baptizatos, siue catechumenos: unde tradit eis codicem, in quo scripti sunt exorcismi. Exorcista autē tam in templo Salomonis, quam sub Esdra. Vnde August. in libro de beata vita: Quantum intelligo, Spiritus immundus dupliciter appellari solet, vel ille, qui extrinsecus animam innadit sensusq; conturbat, & quendam hominibus infert furorē, cui excludendo, qui possunt manū imponere, Exorcista dicuntur, hoc est, per diuina eum adiurando expellere. Dicitur etiam Spiritus immundus anima immunda, vitijs & erroribus inquinata, nunc autem, sicut dicit Aug. in lib. de nuptijs & concupiscentia ad Valerium, exorcisuntur paruuli & sufflantur, ut in regnum Christi a potestate tenebrarum, hoc est, Diaboli & angelorum eius eruti transferantur.

Quartò succedunt Acoluthi, qui
lati-

latinè dicuntur Ceroferarij, à depor-
 tandis cereis, quando legendum est
 Euangelium, aut sacrificium offe-
 rendum, quorum ordo à filijs Aaron
 sumpsit exordium. Unde in Exodo:
 Præcipe filijs Israël, ut offerant tibi
 oleum de arboribus olyuarum puris-
 simum, ut ardeat lucerna semper in
 tabernaculo ante velum, & collo-
 bunt eam Aaron & filij eius. Hi au-
 diunt ab Episcopo: Accipite Cero-
 ferarium cum cereo, ut sciatis nos
 ad accendenda Ecclesie luminaria
 mancipari. Quòd tamen in Exodo
 istud officium asscribitur Aaron
 & filijs eius, non mireris. Multa e-
 nim sunt nò solum in nouo testamen-
 to, sed etiam in veteri addita & mu-
 tata secundum illud, quod dixit Da-
 1. Par. 23. uid in Paralip. Non erit officium
 Levitarum, ut ultra portent taber-
 naculum & omnia vasa eius ad mi-
 nistrandum.

CAP.

Post minores ordines sequuntur
 maiores. Et primò Subdiaco-
 ni, qui in veteri testamento Nathi-
 nei dicti sunt, quod interpretatur,
 Domino in humilitate seruietes,
 à nathin, quod est, aqua. Lauabant
 enim hostias & sacrificia, de quibus
 in Esdra legitur, quod David de-
 derat Nathineos ad ministeria Le-
 uitarum. Istis imponitur continen-
 tia; quia tractant sacra Domini va-
 sa, & ipsi disponunt in Altari ho-
 stias. Unde Esaias: Mundamini,
 qui fertis vasa domini. Isti audiunt
 ab Episcopo: Videte cuius ministe-
 rium vobis traditur. Ideò si vsque
 nunc fuistis tardi ad Ecclesiam, a-
 modo debetis esse assidui. Si vsque
 nunc somnolenti, amodo vigiles. Si
 vsq; nunc ebriosi, amodo sobrii. Si
 vsq; nunc incesti, amodo casti. Et
 sequitur: Accipe manipulum in
 mani-

Descri-
 ptis mi-
 noribus:
 ordini-
 bus, iam
 conse-
 quenter
 tractat
 de maio-
 ribus:
 quorum
 tres sunt.
 1. Efd. 8.

Esa. 52.

manibus tuis ad extergendas sordes
mentis & corporis, & ideò in manu
sinistra portatur, ut in hac vita car-
nalis delectationis fluxus à talibus
abijciatur. Sicut enim tergentur
sudario corporis sordes: sic manipu-
lo amouenda intelliguntur carnales
delectationes.

Secundo succedunt Diaconi, qui
à tribu Leui sumpserunt exordium.

Unde in Numeris legimus, & in
Leuitico, Dominum præcepisse ap-
plicandam tribum Leui, ordinan-
dam ad diuini cultus ministeriũ, &
ut consecraretur Domino, ut custo-
dirent vasa tabernaculi à 2. annis
& supra, quia tunc est ætas robusta
ad onera portanda. In nouo verò
Testamento exordium accepit in
Actibus apostolorum ab Apostolis,
qui septem viros boni testimonij ple-
nos Spiritu sancto ad hoc officium
elegerunt. Hi sunt septem tubæ ca-
nentes

Num. 3.

Act. 6.

nentes in Apoc. septem columna in Apoc. 8.
 libro Prouerbior. septem candela- Prou. 9.
 bra aurea, septem oculi super lapidē Apoc. 10.
 unum. Isti pacem annunciant, Eu-
 angelium predicant. Unde Diaco-
 no competit legere Euangelium:
 quia minister est & irritator eius,
 qui dixit: Non veni ministrari, Matt. 20.
 sed ministrare. Imponit autem ei
 Episcopus stolam super sinistram hu-
 merum, dicens: In nomine sancte
 Trinitatis accipe stolam immorta-
 litatis, imple ministerium tuum:
 potens est enim Deus ut augeat tibi
 gratiam. Per hoc enim intelligere
 debent se accepisse iugum Domini
 suave. Unde super humerum leuū
 stola ponitur. Et in maioribus Ec-
 clesijs casula in diebus Ieiunij com-
 plicatur; quia quidquid laboris &
 sustentie in hac vita toleratur,
 quasi in leua portatur, donec in dex-
 tera, hoc est, in eternitate requies
 habe-

habeatur. Tradit etiam eis librum
 Euangeliorum, dicens: Accipite
 potestatem legendi Euangelium in
 Ecclesia Dei, tam pro uiuis, quam
 pro defunctis. Unde sicut Lectori-
 bus competit vetus Testamentum,
 ita competit Diaconibus predicare
 nouum. Sed ante impositionem stola-
 e & collationem libri, dixerat eis E-
 piscopus: **Ioan. 20.** Accipite Spiritum san-
 ctum: quia istis maxime competit
 vita spiritualis, quia sunt praecones
 Euangelij, sicut determinatur in 1.
1. Tim. 3. ad Timoth. Hi antequam ordina-
 tur, probentur, & sic ministrent,
 nullum crimen habentes: quia sicut
 legales ministros oportebat esse ani-
 quitus sine macula corporali: ita mi-
 nistros Euangelicos sine spirituali.
Leuit. 21 Unde in Leuit. dicitur: Homo de
 semine Aaron per familias qui ha-
 buerit maculam, non offerret panes
 domino suo, nec accederet ad mini-
 sterium.

steriū eius, si cæcus fuerit, si claudus
 &c. de qua auctoritate, si Deus dede-
 rit, expositio consequenter fieri pote-
 ri. Ultimo loco succedunt sacerdotes,
 qui ordo à filijs Aaron sumpsit exor-
 dium. Unde in Numeris hæc nomi-
 na filiorum Aaron Sacerdotū, qui
 uncti sunt, quorū completa est con-
 secratio manus, ut fungerentur Sa-
 cerdotio. Unde Episcopus istum mo-
 rem tenet manus presbyterorum un-
 gendo oleo, ut munda sint ad offeren-
 das hostias Deo, & largæ ad cetera
 officia pietatis. Hi præ sunt Leuitis,
 sicut dicitur in Numeris: Hic est
 cultus familiae Gersonitarum in ta-
 bernaculo foederis. Eruntq; sub ma-
 nu Ithamar filij Aaron Sacerdo-
 tis. Unus autem erat summus Sa-
 cerdos Aaron, sed postmodum Da-
 uid ampliavit cultū Sacerdotij con-
 stituens 24. summos Sacerdotes,
 16. de Eleazar, & 8. de Ithamar:
 quibus

Num. 3.

Num. 4.

quibus omnibus praefecit unum
 quam statuit principem sacerdotum
 singulis autem per sortem vicis sua
 diuisit hebdomadas, sicut patet in
 libro Paralippom. In nouo autem
 Testamento CHRISTUS maiores &
 minores sacerdotes instituit, 12. A-
 postolos, & 72. discipulos, qui figura-
 bantur in illis. Apostolorum ergo vi-
 ces maiores sacerdotes, id est. Episco-
 pi. Discipulorum vero minores locum
 tenent presbyteri. Super horum capi-
 ta tenet Episcopus manum quando
 consecrantur. De qua consecratione
 plenius in Leuit. Legislator exequi-
 tur, dicens: Consecrauitque filios Aarō
 oblatos. Et sequitur: Oblulit & vi-
 tulum pro peccato. Cumque super ca-
 put eius posuissent Aaron & filij eius
 manus suas, immolauit eum de
 stola & casula, & de his agitur in
 capitulo de vestimentis. Procedens
 autem ad consecrationem Episcopus,
 acci-

1. Par. 24.

Leu. 4.

acci-

TRACTAT. III

accipiens olcum sanctū facit crucē
 super ambas manus, dicens: Consecrētur manus ista, & sanctificētur
 per istā unctiōē & nostrā benedictiōē, & c. Vnde in Leuit. dicitur:
 Sumens Moyses de sanguine extre- **Leu. 8.**
 mum auricula singulorum, & pollices manus & pedis. Virtus enim
 crucis sanguis CHRISTI est. Et nota quod in modernis Sacerdotibus
 debet esse reuelatus intellectus fidei, & vigere affectus charitatis.
 Ideò in aure & pede sacerdotū non fit modo unctio sicut tunc: q̄a sicut
 dicitur in Actibus Apostolorum: **Act. 7.**
 Vos autem dura cervice incircūcis corde & auribus semper spiritui
 sancto restitistis. Tamen modo maiores inunguntur in capite & mani-
 bus, propter auctoritatem & eminentiam & transfusiōē potestatis
 in minores. Ideò inunguntur in capite maiores non minores, sed in
 mani-

manibus utriusque propter ministerium, quod exercet in sacrorum pertractatione. Sed hic mouetur quaestio, Si Moyses fuit Sacerdos. Si sic quomodo ergo Sacerdotium ab Aaron incepit, sicut supra dictum fuit. Si non, quomodo ergo Aaron consecrauit? Respondeo: Sicut diaconus, Cardinalis, Legatus, à latere Papae presente Episcopo facit benedictionem infra suam legationem, & est benedictio Papae, cuius auctoritate hoc facit, non sua: ita Moyses vice domini consecrauit Aaron fungens officio Sacerdotis. Unde solus Aaron in capite unctus est, in cuius figura nunc in capitibus unguuntur Reges & Pontifices. Nota etiam quod ante Aaron leguntur fuisse

Gen. 14. Sacerdotes, ut in Genes. Melchisedech, sed sine ipse, sine alij non numerantur: quia non leguntur Sacerdotes facti per ministerium visibili-

teri-
 per-
 qua-
 si sic
 An-
 fuit
 con-
 iaco-
 tate
 ene-
 nem
 ucti
 oysse
 fun-
 Colu-
 i en-
 um-
 iam
 esse
 nise-
 am
 cer-
 sibi-
 tis

lis unctio-
 nis. Deinde Episcopus ac-
 cipit patenam cum oblatis & cali-
 cem cum vino, & dat singulis, di-
 cens: Accipite potestatem offeren-
 di Sacrificium Deo, missamq; cele-
 brandi tam pro uiuis, quam pro de-
 functis: in quibus verbis datur eis
 potestas consecrandi. Unde in Exo- Exod. 29
 do: Impones filiis Aaron mitras, e-
 runtq; Sacerdotes mei, religione p-
 petua, postquam initiaueris manus
 eorum, hoc est, cum potestatem con-
 secrandi illis dederis. Unde exponit
 August. ad literam 70. dicens: Et
 consummanit manus Aaron & fi-
 liorum eius. cuius sensus est, quod
 completio quantum ad substantiam
 consecrationis, consistit in collatione
 potestatis, quam cum perfecte rece-
 perint, Sacerdotes erunt. Unde in
 veteri Testamento imponebant Sa- Exod. 29
 cerdotes manus super caput vituli
 immolandi, quod fuit signum pote-
 statis

F

stas consecrandi, quæ conferetur
 tur eis in ista consecratione, sic
 exponit vir venerabilis Augu-
 Unde in Exodo: Tolles arietem
 terum, super cuius caput A-
 & filij eius ponent manus: &
 dicebatur Aries consecrationis
 In fine verò Missæ accedunt Sa-
 cerdotes ad communionem, quæ
 Episcopus communicat, repræ-
 tans illud quod in Leuitico dicitur:
 tur: Cum filios Aaron sanctificasset
 in vestitu suo præcepit dicens:
 Coquite carnes ante ostium
 restabernaculi, & ibi comedite
 eas: panes quoque consecrationis
 edite, qui positi sunt in canistro
 sine antequam dicatur ultima
 lecta ad Complendam, ponit
 Episcopus manus suas super capita
 gulorum, dicens: Accipite Spiritum
 sanctum, quorum remissionem
 peccata, remittentur eis; & quorum

Leuit. 8.

Ioan. 20.

retinueritis, retenta sunt. In cuius
 figura discernabant Sacerdotes
 legales mundos & immundos,
 & sanctificabant leprosos, sicut de-
 terminatur in Leuitico. Quoni- Leu. 14.
 am ergo ministri Altaris, ut pos-
 sint dignius ministrare, sine ma-
 cula debent esse. Ideo competit il-
 lud eis, quod in Leuitico sub figura
 dicitur: Homo de semine Aaron, Leu. 21.
 qui habuerit maculam, non offeret
 panes DEO suo; nec accedet ad
 ministerium eius, si cecus fuerit,
 si claudus, si vel paruo, vel gran-
 di, vel torto naso, si fracto pe-
 de, si manu, si gibbus, si lip-
 pus, si albuginem habens in oculo,
 si iugem scabiem, si impetiginem
 in corpore, vel herniosus. In
 quibus verbis notantur conditio-
 nes promouendorum: oportet enim
 promouendum, & maxime qui or-
 dinantur ad Sacrificium Alta-
 ris,

ris, ut offerat panes Deo suo, esse de
 eorum absq³ macula in tribus, sc
 entia, exemplo, & vita. In scienti
 triplici, aeternorum, qua est per
 men contemplationis; & donum
 pientie scripturarum, qua est
 donum intellectus; conuersandi
 medio praua & peruersa natione
 per donum scientie. Contra quap
 nitur triplex macula, contra lum
 contēplationis, cecitas in oculo; con
 titra intellectū scripturarum, cla
 dicatio in pede; pes claudus nequ
 rectè incedere, & affectus absq³ no
 tia scripturarum nequit rectè ag
 re ea, qua pertinent ad officium
 cerdotale. eius est discernere. Con
 tra scientiam conuersandi, macula
 in naso. nasus enim significat disc
 tionem, contra quam ponitur tri
 plex macula: paruitas stultæ simpl
 citatis, grandities presumptionis
 vel curiositatis, tortura prauis iudic
 67

esse de ei. Oportet etiam eum esse decorū
 is, so in exemplo; contra quod est fractu-
 cienti ra pedis vel manus. Pes fractus ne-
 per lo quit incedere, manus fracta nequit
 um operari. & etiam significatur defe-
 est pe ctus in illo, qui non potest operis ex-
 indin empla monstrare. Oportet etiam
 tionis promouendum decorum esse in vi-
 uap- ta, & hoc quantum ad actus intrin-
 lumec secos cordis, & quo ad extrinsecos
 o; con operis. Quoad intrinsecos cordis, ut
 z, cla habeat ordinatos appetitus, contra
 requ quos opponitur triplex macula tri-
 g, no plicis concupiscentia: oculorum, qua
 e ag inflectit hominem & incuruat ad
 um Sa terrena, & hoc est gibbositas: concu-
 Con pifcentia carnis, qua in modum flu-
 vacul xus vitiosi humoris oculum mentis
 disci vitiat, & hac est lippitudo: concu-
 er tr pifcentia vitæ, hac est superbia, qua
 impl est in animo sicut albugo in oculo.
 tioni Similiter oportet promouendū esse
 iud decorum, quo ad actus extrinsecos

operis, ut in opere non appareat aliqua concupiscentia, neque feruor libidinis, neque feruor luxurie siue lasciuia, hæc est scabies ingis, quando feruor viscerum ad cutem trahitur: neque deturpatio auaritia, hæc est impetigo, scilicet sicca scabies, quæ totum corpus impetit proueniens ex falso phlegmate, auaritia scilicet clericorum, quæ est sine humore pietatis occupans totum corpus Ecclesie, procedens ex appetitu cuiusdam sitis insatiabilis: neque tumor superbia, quæ est hernia græcè, tumor latinè, morbus est quando intestina descendunt in folliculos testicularum, & appellatur ruptura. Iste ergo sunt duodecim conditiones, quæ debent esse in promouendis.

CAP. XXXIIII.

Post ordines sequitur ordinatio.

Sequitur officium in ordine Episcopi. Episcopus autem nomen

men est oneris, non honoris; operis, non quietis. Unde *Apostolus*: *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Opus dicitur notabiliter, non quietem. Unde & latine superintendens interpretatur, eò quòd speculatoris gerit officium. Unde Ezechiel. dictum est: Fili hominis, speculatorem dedi tibi domui Israel: quoniam regere debet Ecclesiam militantem secundum sibi sollicitudinem competentem. Ideò cum Episcopus offertur, hac verba *Metropolitano* dicuntur: *Reuerende pater, postulat sancta mater Ecclesia, ut hunc presentem electum Presbyterum ad onus Episcopatus subleuetis. De qua oblatione legimus in Leuitico, quòd Moyses congregata omni tur-**

tio Episcopi, & quale sit eius officium.

1. Tim. 3.

Ezec. 33.

Teuit. 8.

certis interrogationibus & respon-
 1. Tim. 3. sionibus, secundum illud Apostoli
 Primum probentur, & sic mini-
 strent nullum crimen habentes ex-
 aminatione facta chrismatur ca-
 put Episcopi. Unde dicitur ei: Un-
 gatur & consecretur caput tuum
 cœlesti benedictione in ordine Pon-
 tificali. In nomine Patris, &c. Un-
 de in Leuit. Fundens oleum super
 caput Aaron unxit eum. Unde
 Exod. 40. Moyses illo oleo, quo ungebatur ta-
 bernaculum non unxit Aaron, sed
 oleo sancto, quod fiebat in illis pre-
 ciosis speciebus, quæ determinantur
 in Exodo, loco cuius habemus in Ec-
 clesia Chrisma. Unde Chrismate
 ungentur capita Pontificum. Pro-
 Leu. 21. pter quod dicitur in Leuit. Ponti-
 fex, id est, Sacerdos maximus, in-
 ter fratres suos super caput cuius
 fusum est unctionis oleum, & cuius
 manus in Sacerdotio cōsecrate sunt.
 Tunc

Tunc enim ungebatur caput Aaron & manus eius, ita quod per barbam stillabat oleum usq³ in oram vestimenti eius, sicut determinatur in Psalmo: Sicut unguentum, &c. Psal. 132.

Et hoc est, quod cantatur pro cōmunionem in Episcopi consecratione: Unguentum in capite, in figura unctio nis gratia qua per prelatos transfunditur ad subditos, & primò ad Presbyteros: deinde ad infirmos, hoc est unguentum à capite defluens in barbam, & à barba in oram vestimenti. Tunc omnes Episcopi unguunt manibus suis caput eius, de quo habitum est supra in capitulo de Presbyteris. Quòd autem ex canonica auctoritate additur, ut plures adsint Episcopi, qui scire voverit, legat Epistolam Gregor. ad Augustinum Anglorum Episcopum. Innocentius tamen in Decreto suo dicit: Nec unus Episcopus

Greg. in
moral.

Beda lib.
3. de tab.

ordinare p̄sumat, ne furtiuū beneficiū prestitū videatur. Greg. etiā dicit causam Episcopalis vñtionis in moralibus, dicens: Oleū in capite, charitas in mente; quia vicarius Christi est: dilectionē quā Christus nobis monstrauit & docuit, in eo debemus inuenire, & ab eo ad cumuli nostri profectus trahere. Beda vero in lib. 3. de tabernaculo dicit: Indutus sacris vestibus Pontifex, mox oleo vñtionis perfunditur, ut per gratiam Spiritus sancti consecratio perficiatur. August. autem in tractatu Psalmorum sic dicit: Vicarius Christi efficitur Pontifex, ideò in capite vngitur, caput nostrum Christus, caput nostrum vñctum est oleo inuisibili. Episcopus, quia vicarius Christi est, in capite vngitur: ab illo enim significatur se accipere hanc vñtionis gratiam, qui caput est totius corporis,

imi.

imitando illum qui caput est totius Ecclesie: per unctionis gratiam fit & ipse caput Ecclesie sibi commissa. Quid autem Episcopi manus imponunt super caput eius, secundum Isidorum antiqua institutio est. Isaac enim Patriarcha ponens manum suam super Iacob benedixit ei, similiter Iacob filijs suis. Sic Moyses super Aaron, & super caput Iosue, dans ei Spiritum virtutis & ducatus in populum Israël, Sic Christus per manus impositionem Apostolis benedixit: sic Paulo & Barnabæ ex præcepto Spiritus sancti ab Apostolis manus impositæ sunt in Episcopatu; & sic missi sunt ad Evangelizandum, ut legitur in Actibus Apostolorum. Deinde benedictis baculo & annulo, de quorum mysterijs infra dicetur, datur Episcopo codex euangeliorum, & dicitur ei: Accipe euangeliū & vade,

Gen. 27.

Exod. 39.

Mar. vlt.

Act. 13.

prædica populo tibi commisso, potens enim est Deus tibi augere gratiam. Hic addendum est, quod secundum quasdam ordinationes duo presbyteri tenent. Euangelium super caput eius. In quo notatur, quod certè ordinandus in Episcopum debet subiectus esse iugo Euangelij, ut uiuat ex toto secundum seipsum.

CAP. XXXV.

Abso-
lutis ordi-
nibus tã
minori-
bus, quã
maiori-
bus, tan-
dem per-
uenit ad
summũ
pontifi-
cẽ, quo-
modo &
ipse ordi-
nari de-
beat, pro-
ponit.
Matt. 16.

Processo ab inferiori ad superiori-
us ascendendo secundum ordi-
num differentias & officia digni-
tatum, peruenimus ad caput Eccle-
siae summum Pontificem, cui con-
cessit Dominus totius Ecclesiae prin-
cipatum. Unde & Dominus ante
passionem dixit Petro: Tu es Pe-
trus, & super hanc petram aedifica-
bo Ecclesiam meam, &c. Licet e-
nim uniuersis Apostolis communi-
ter dixerit: Quorum remisseritis
peccata, remittuntur eis, &c. ta-
men.

men specialiter Petro dictum est:
 Quaecunq; ligaueris super terram,
 &c. In figura huius quia cum Pe-
 trus possit ligare ceteros, à ceteris
 tamen ligari non potest. Circa pas-
 sionem similiter cum dixisset plura-
 liter de omnibus; Simon, ecce Sa-
 thanas expetiuit vos ut cribraret:
 singulariter pro Petro subiunxit:
 Ego rogaui pro te, ut non deficiat fi-
 des tua. Inde est quod Ecclesiae ple-
 besq; conuersae ab alijs Apostolis
 inquinatae sunt erroribus varijs. So-
 la verò Romana Ecclesia, cuius fides
 in nulla tentatione deficit, utpo-
 te supra Petram stabilem solidata,
 nullis haesibus, nullis erroribus
 potest, vel potuit, vel poterit inqui-
 nari. Licet enim prora vacillet
 in mari, licet carina elidatur flucti-
 bus: puppis tamen permanebit im-
 mobilis. Post passionem similiter
 cum Dominus tertio quaesiuisset à
 Petro;

Ioan. 21. Petro; Simon Ioannis diligis me plus his? & iste tertio respondisset: Domine, tu scis quia amo te. statim ei Dominus tertio praecepit: Pasce oves meas, pasce agnos meos. Ipse enim est Petrus, qui solus vocatus est in plenitudinem potestatis, cum omnes alij in partem sollicitudinis sunt vocati. Unde cum alij Discipuli post resurrectionem venissent ad Dominum nauigio Petrus succingens se, misit se in mare; quia ceteris Apostolis singula nauicula, singula scilicet Ecclesiae sunt commissa: Petro verò maris vniuersitas est commissa. Iacobus enim qui columna videbatur esse Ecclesiae, sola Hierosolyma contentus est, & singuli singulis. Petro verò vniuersalis ecclesia in toto orbe diffusa, in quo terminatur omnis perfectio Hierarchica. Unde sicut Cardinales specialiter, sicut Episcopi generaliter

raliter vicem tenent Apostolorum:
ita Papa typum tenet individuali-
ter Domini Iesu Christi. De cuius
potestate magis est reuerentialiter
subticendum, quàm temerè discu-
tiendum.

CAP. XXXVI.

VT igitur videamus quomodo
omnis perfectio Hierarchica
terminatur in Papa, reducimus
Hierarchiam humanam ad angeli-
cam, & angelicam ad diuinam.
Sciendum est igitur quod in Trini-
tate est trium distinctio personarū,
Patris, & Filij, & Spiritus sancti,
quibus appropriata sunt nomina
potentiæ, sapientiæ, & bonitatis.
Et ex istis sumuntur tres actus Hie-
rarchici in angelica Hierarchia:
Perfectio, quæ pertinet ad Pa-
tris potentiam; illuminatio, quæ
ad Filij sapientiam; purgatio, quæ
ad sancti Spiritus bonitatem. Est
autem

Reducit
hoc cap.
Hierar-
chiã hu-
manam
ad Ange-
licam, cu-
ius perfe-
ctio in
summo
Pontifi-
ce termi-
natur.

autem triplex purgatio: Vna respec-
 tu infirmorum in corpore, cuiusmo-
 di sunt Energumeni: quæ ad ipsos
 pertinet Exorcistas. Altera respec-
 tu immundorum & non mundo-
 rum in anima, cuiusmodi sunt in-
 quinati vitijs cõtramores: hoc per-
 tinet ad Ostiarios. Tertia est respec-
 tu errorum in anima, quæ ad Aco-
 luthos noscitur pertinere, qui & ce-
 roferarij à ferendo lumina fidei sunt
 vocati: vt prima purgatio effectum
 respiciat, secunda affectum, tertia
 intellectum. Est nihilominus tri-
 plex illuminatio: Vna, quantum ad
 lumen antecedens, cuiusmodi est lu-
 men propheticum: & hoc pertinet
 ad Lectores. Alia quantum ad lu-
 men consequens, cuiusmodi est lu-
 men apostolica doctrine: quæ perti-
 net ad Subdiaconos. Tertia quan-
 tum ad lumen plenum, cuiusmodi
 est Euangelicum: quæ pertinet ad

Dia-

Diaconos, ut sit lumē propheticum,
 sicut lumen stellarum in nocte: Apo-
 stolicum, ut lumen solis in aurora:
 Evangelicum verò, sicut lumen so-
 lis cum in meridie circumfulget.
 Est etiam triplex perfectio respici-
 ens potestatem. Quadam enim est
 potestas perfecta, quæ ad Sacerdo-
 tes pertinet, qui habent ex officio
 baptizare, confiteri, solvere & liga-
 re. Alia verò perfectior, quæ ad E-
 piscopos pertinet, qui soli possunt cle-
 ricos ordinare, virgines benedice-
 re, Pontifices consecrare, manus im-
 ponere, basilicas dedicare, degra-
 dandos deponere, Synodos celebra-
 re, Chrisma cōficere, vestes & vasa
 sacrare. Tertia perfectissima, quæ
 est in Papa, qui solus potest quid-
 quid alij possunt, & multa alia quæ
 non possunt per alios expediri, nec
 transeunt etiam de generali man-
 dato, nisi specialiter demandentur.

Ad.

Ad ipsum enim solum pertinet translatio Episcopi vel electi confirmati, depositio Episcopi, renunciatio Episcopi vel electi confirmati, exemptio episcoporum, restitutio depositorum, iudicialis diffinitio, et priuilegiorum suorum interpretatio, sedis Episcopalis mutatio, construere de nouo sedem Episcopalem ubi non fuit, subycere unum Episcopatum alij & unū in duos diuidere, & duos unire, votum Hierosolymitanum commutare, generale Concilium celebrare, legem generalem condere, præbendam vel Ecclesiam non vacantem concedere, excommunicatum à se absoluerè à quo non contingit appellare. solus potest pallium concedere, solus semper & ubiq; utitur pallio, solus potest cum bigamo dispensare, & cætera multa solus potest, quæ nullus alius potest.

CAP.

CAP. XXXVII.

Sequitur titulus de representa-
 tione pœnitentium in capite Iei-
 iunij; ad cuius evidentiam quædam
 prenotanda sunt, quæ mysterium
 hoc diligenter declarant. Notan-
 dum est ergo, quòd in capite Iei-
 unij omnes pœnitentes conveniunt
 ante fores Ecclesie, ut publicam
 aut sollemnem pœnitentiam susci-
 piant, ad quam plures conditiones
 requiruntur secundum iura, tem-
 pus, ut dictum est: quia in capite
 Ieiunij habitus, & quia in veste re-
 ligiosa & comis depositis. Persona
 agens, similiter quia non Cleri-
 ci, similiter neque iuvenes de facili.
 Unde dicit August. quòd iuuenibus
 non facile pœnitentia cõmittenda
 est propter ætatis fragilitatem, simi-
 liter personam, coram qua agitur;
 quia coram Episcopo ciuitatis &
 Decanis, & Archipresbyteris, &
 Presby-

Adfert
 hoc cap.
 rationes
 cur in
 princi-
 pio Qua-
 dragesi-
 mæ pœni-
 tentes
 publicã
 pœniten-
 tiam sus-
 cipie-
 bant,

Presbyteris Parochiarum, in quibus manent pœnitētes: similiter modus agendi, quia in cinere & cilicio. Hæc autem omnia quomodo fiant, & quo ordine exprimuntur, l. d. ubi dicitur, quod in capite quadragesimæ omnes pœnitentes, qui publicam suscipiunt aut susceperunt pœnitentiam, ante fores Ecclesie se representent Episcopo civitatis sacco induti nudis pedibus, vultibus in terra dimissis, reos se esse ipso habitu & vultu protestātes, ibi adesse Decani, id est, Archipresbyteri, Parochiarum & pœnitentium presbyteri, qui eorum conversationem inspicere debent, & secundum modum culpæ pœnitentiā per præfatos gradus iniungere. Post hæc eos in Ecclesiam introducat Episcopus, & cum omni clero septem pœnitentiæ psalmos prostratis cum lacrymis pro eorum absolutione decantet.

cantet.

cantet. Tunc surgens Episcopus, scilicet ab oratione, iuxta quod cano-
 nes iubent, manus eis imponat, aquā benedictā super eos spargat, ci-
 nerē prius mittat. Deinde cilicio ca-
 pita eorum cooperiat, cum gemitu
 & crebris suspirijs denunciēt eis:
 quod sicut Adam eiectus est de pa-
 radiso, ita ipsi pro peccatis abijciun-
 tur ab Ecclesia. Postea iubeat mi-
 nistris, ut eos extra Ecclesie ianu-
 am expellant: Clerus verò prosequa-
 tur eos cum illo responsorio: In sudo- Gen 3.
 re vultus tui, &c. ut videntes san-
 ctam Ecclesiam pro suis facinoribus
 commotam non parui pendant pœ-
 nitentiam. Nulli autem Clerico-
 rum hanc agere pœnitentiam con-
 ceditur, sed secundum rigorem iu-
 ris admitti ad Clerum pœnitentes,
 his prohibentur. In sacra verò Do-
 mini coena, ut infra patebit, rursus
 Ecclesie luminibus repræsententur.

CAP.

Cur pri-
mus
Quadra-
gesimæ
dies, dies
cinerum
appelle-
tur quid
ue signi-
ficet, &
in illa
tractetur
propo-
nit.
Gen. 3.

Iob. 42.

Dies verò illa, quæ caput est le-
diuni, dies cinerũ appellatur:
quia die illa fidelium capita cineri-
bus asperguntur propter causas pra-
cipue duas: propter memoriam con-
ditionis & commissionis. Dictũ est
enim primo parenti secundum alia
literam: Cinis es, & in cinerẽ reuer-
teris. Similiter propter memoriam
commissionis. Efficax enim est re-
mediũ memoria continuata pecca-
torum. Propter quòd Iob pœnitenti-
bus exemplũ exhibuit, quando post
funera & flagella in cilicio & cine-
re, siue in fauilla, vt dicit nostra lite-
ra, lamẽta pœnitẽtia sumpsit. Ago,
inqt, pœnitẽtiã in fauilla & cinere.
Cinis nõ habet humorẽ, fauilla non
habet ardorẽ, qđ fit in spiritualiter
pœnitẽte, cum in eo deficit humor la-
sciue & feruor concupiscentie. Et
sicut ex cinere & aqua fit lanacrũ,

quod

quod appellatur lixiniū ad lauādas
sordes vestiū: ita ex cinere spiritua
lirecordatione, scilicet peccati & la
chrymis in dolore animi fit spiritua
lis ablutio animarū. Vnde Hierem. Hier. 6:

Filia populi mei accingere cilicio, cō
spargere cinere planctum unigeniti
fac tibi. Hæc autem duo coniungū-
tur cinis & ciliciū, quia sunt arma
pœnitentium. Vnde illo die spiri-
tuales milites confligunt, qui vsque
ad diē illum in expeditione fuerūt,
quod ostenditur in prima Collecta
Missa, cum dicitur: Concede nobis
Domine presidia militia Christia-
ne sanctis inchoare ieiunijs. Vnde
ista duo simul iunguntur illa die ci-
nis & cilicium. Cinis in capitibus
fidelium, cilicium in manibus pœ-
nitentium eiectorū. Nam, sicut su-
pra dicebatur, per eiectionē primo-
rum parentū de Paradiso, represen-
tat Ecclesia die illa in eiectione pœ-
nitent-

nitentium, quibus datur cilicium, in signum, quod Dominus fecit primis parentibus tantum eas pelliceas post peccatum. Benè autè in cilicio & cinere pœnitens deplorat peccatum: quia in cilicio asperitas & pœnitio peccatorum intelligitur, in cinere autem puluis ostenditur mortuorum. Et ideò in utroq; pœnitentiam agimus, ut in punctione cilicij agnoscamus vitia, quæ per culpam commisimus, & per cinerem mortis sententiam ad quam peccando peruenimus. Unde quia dictum est primo parenti mortuo per peccatum. Puluis es, & in puluerem reuertaris: ideò puluis sine cinis signum est & memoria sententia mortis.

Gen. 3.

Esa. 3.

Quoniam isto die conuenire debet populus ad Ecclesiam, ideò generalis fit sermo, ut conuertatur ad pœnitentiam. Et de his potest exponi verbum illud: Conuertimini

sicut

sicut in profundum recesseratis filij
Isaël.

CAP. XXXIX.

Sequitur titulus de recōciliatio-
ne pœnitentiū in cœna Domini,
sicut suprā dictum est, in die cœna
Dominica Pœnitentes veniunt ad
absolutionem. Et apud quosdam red-
ditur Symbolum à Catechumenis
secundum Laodicensis Concilij con-
stitutionem. Decreuit igitur Inno-
centius Papa illo die fieri peccato-
rum remissionem pœnitentibus, di-
cens: De pœnitentibus autē qui siue
ex grauioribus commissis, siue ex
lenioribus pœnitentiam gerunt, si
nulla interueniat aegritudo, quinta
feria ante Pascha eis remittendum
Romanae Ecclesie consuetudo de-
monstrat. De hoc etiam Hieron. in
Epistola ad Oceanum de morte
Fabiola, cuius pœnitentiam laudat
de adulterij commissione: sic igitur:

Ostendit
quomo-
do in die
cœnæ do-
mini fiat
pœniten-
tibus pec-
catorum
remissio
& absolu-
tio.

G Quid

Quid ego (inquit) in abolitis & antiquis moror , querens excusare culpam , cuius pœnitentiam ipsa confessa est ? Quis hoc crederet , ut post mortem secundi viri in semet reuersa : quo tempore solent vidua negligentes iugo seruitutis excusso , agere , se liberius adire balnea , volitare per plateas , vultus circumferre meretricios . Saccum indueret , errorem publicè fateretur , & tota urbe spectante Romana antidiem Paschæ in basilica quondam Laterani , qui Cesariano truncatus est gladio , staret in ordine pœnitentium episcopis & presbyteris , et omni populo collachrymati , sparsò crine , ora lurida , squalidas manus , sordida colla submittet , q̄ peccata fletu iste nō purget ? quas inueteratas maculas hec lamenta nō abluunt ? Cuius autem fiat ista absolutio illo die , scribit Beda super Lucam , exponens

ponens

ponens illud: *Accepto calice gra-
tias egit, &c. Hic calix ad vetus il-
lud Pascha attinet, cui finem desi-
derabat imponere, quo accepto, gra-
tias egit ob hoc nimirum, quia ve-
tera transitura, & ventura omnia
fuerant noua. Lex non soluebat
peccatum, sed puniebat. Christus
in quinta feria veteri legi finem
dat, peccata absoluit. id ipsum so-
nat prima oratio *Missa*, cum di-
citur: Ita nobis ablato vetustatis
errore, resurrectionis suæ gloriam
largiatur, quæ dicitur in aliquibus
Ecclesijs.*

CAP. XXX.

IPso etiam die Cœnæ consecre-
tur Oleum ad triplex officium:
Oleum scilicet infirmorum, & ole-
um Catechumenorum, & oleum
sanctum. Tres enim consecra-
tiones ex una & eadem sunt sub-
stantia, & ex una olei liquatura

Demon-
strat, qua
re in die
cœnæ o-
leum tri-
plex; scili-
cet infir-
morū, Ca-
techume-
norum,

G 2

Sicut

& sanctū Sicut enim una est Spiritus sancti
 consecre substantia, qui multiformiter diui-
 tur, & pri ditur per diuersa gratiarum dona.
 mō agit Olea autem arbor est, cuius fructus
 de oleo oliua est, cuius succus oleum est.
 Infirmo. Et autem arbor in signum pacis, ha-
 rum hoc bens pinguedinem qua infirmi
 capite. lassī recreantur, arcus & gratia
 prestatur luminis. Licet enim sine
 oleo Deus sanare possit infirmos, &
 fugare Demones, & sanctificare
 Christianos: tamē ex oleo fiunt ista
 tria, quæ representant plurima Sa-
 cramenta. Unde August. in psalm.
 44. Oleum visibile in signo est inuisi-
 bilis olei in Sacramento. Potest
 Deus per se oleum spirituale tribue-
 re sine corporali, sed propter anima-
 les aguntur visibilia, ut inuisibilia
 facilius capiantur. Oleum autem
Exod. 27. istud præfiguratur in Exodo, ubi di-
 citur: Præcipe filiis Israël ut offerant
 & oleum de arboribus oliuarum
 puris-

purissimum. Primò ergo dicendum est de oleo ad infirmos, sic enim scriptum est in Euangelio: Exeuntes **Marc. 6.** predicabant ut pœnitentiam agerent, & Dæmonia multa eiciebant, & ungebant oleo multos agrotos & sanabant. Et in Canonica **B. Iacob. 5.** Iacob. 5. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes oleo in nomine domini: & si in peccatis sit, dimittentur ei, &c. Vnde patet, sicut exponit Beda, ab Apostolis hunc morem fuisse Ecclesiæ traditum, ut Energumeni, vel alij quilibet agroti ungantur oleo Pontificali benedictione consecrato. Consecratur autem istud oleum in ipso officio consecrationis corporis & sanguinis domini, non habet proprium officium, hoc est, nec in capite verba salutationis, nec Oremus, nec in fine concluditur, nec cetera orationes per

Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, sed tantum in nomine Domini IESU CHRISTI.

Verba autem consecrationis ista sunt. **Psal. 103.** Emitte Spiritum tuum paraclitum de caelis in hanc pinguedinem olei, quam de viridi ligno producere dignatus es ad refectioem corporis. Paracletum, hoc est, consolatorem. Oleum enim istud medicinam praestat infirmis. Dolor enim sequitur aegritudinem, & consolatio dolorem. Paracletus, autem consolatio interpretatur. Qui mortuus est, non dolet: qui in Christo sanctificatus est, consolatione, quae ex dolore procedit, non indiget. Et ideo in consecratione olei ad Catechumenos vel olei sancti, id est, Christiani paracletus non nominatur: quia Catechumeni quodam modo reputantur inter mortuos, Christiani vero inter Christi consecratos.

CAP.

CAP. XXXI.

EST aliud oleum, quod dicitur Tractat de oleo Catechu-
menorū.
ad Catechumenos, illo inungū-
tur Catechumeni, ut si qua macu-
la inhaerint corpori aut menti, re-
cedant ad tactum olei, sicut patet
ex ipsa oratione, cum dicitur: Ut
si qua illis inhaerere aduersantium
spirituū reliquiae, ad tactum sancti
olei omnes abscedant, & cetera quae
sequuntur. Dicuntur aut Catechu-
meni proprie, qui primum de gen-
tilitate veniunt habentes volunta-
tem credendi in **CHRISTUM**. Et
quia primum praeceptum est exhor-
tationis in Deuteronom. Audi Deut. 6.
Israël, Dominus Deus tuus **DEVS**
unus est. Inde est ut is, cui per Sa-
cerdotem quasi per Moysen De-
us primum loquitur, Catechume-
nus, id est, audiens nominetur: ut
unum agnoscens Dominum, re-
linquat errores varios idolorum.

Omnes autem baptizati à Ioanne in poenitentia fuerunt Catechumenorum figura. Isti secundum consuetudinem Ecclesie Romanae exorcizantur: deinde accipiunt sal & oleo unguuntur. Exorcismus autem sermo increpationis est contra immundum Spiritum, ut eius virtus pellatur, ne amplius Catechumeno dominetur. Unde potestas Diaboli exorcizatur & insufflatur in eis, ut erepti à potestate tenebrarum, transferantur in regnum Dei per Sacramentum Baptismatis. Hoc

Matt. 17. figurabat iste lunaticus, quem increpabat Iesus, & exiit ab isto demonium. Sal etiam datur eis, ut cōdiantur sapientia, ut non desipiant à fide Christi: nec retrò adspiciant

Gen. 19. sicut uxor Loth, quae versa est in statuam salis; hoc est, ne retrocedant, nec malum exemplum præbeant, nec in via cum uxore Loth remaneant,

neant,

neant, sed se & alios condiant. Quia tamen modo paruuli per se renunciare Diabolo & credere non possunt, per eorum corda & ora, per quos offeruntur, hoc faciunt. Unde congruè prouisa est eis medicina salutis, ut in Sacramento fidei baptizentur. Et per alterius fidem Deo reconciliantur, qui per alterius peccatum à Deo alienati esse noscuntur. Et ideò institutum est hoc oleum ad Catechumenos initiandos, & unguendos. Hoc oleo primò in pectore, deinde inter scapulas, deinde baptizandos & unguendos sancto Chrismate, post baptismum in vertice & in fronte, ut infra patebit.

CAP. XXXII.

Eodem die consecratur oleum sanctum, quod Chrisma dicitur, cuius figura specialiter funguentum illud quod Moyses in Exodo iubente domino fecit, quo postmodum

De oleo sancto, quod Chrisma appellatur. Exod. 30.

dum primi Aaron & filij eius uncti sunt: sed postea Reges eodem unguento uncti fuerunt. Unde uncti, Domini vocati sunt. Sic Psal. 104 ut scriptum est in Psalmo: Nolite tangere christos meas. Christus enim à Chrismate dicitur. Per istam enim unctionem Christus figurabatur; qui specialiter unctus DEI appellatur non oleo visibilis materia, sed pro participibus suis oleo plenitudinis gratia, quod ab ipso descendit in omnes Christianos: quia unctione Chriftatis reddit Ecclesia omnes fideles unctos. Inde est quod in veteri lege soli Reges & Pontifices seu Propheta illo sacro oleo ungebantur. Nunc uniuersaliter omnis Ecclesia ungitur, ut non discordet corpus à capite neque re, neque nomine. CHRISTVS enim Rex & Sacerdos dictus est. De nobis eti-

am dicitur: Vos estis genus electum, regale sacerdotium, & hoc per Christum, qui, sicut dicitur in Apoc. Fecit nos sacerdotes & reges, &c. Benè ergo unguimur Chrismate, ut Christi nomine censeamur. Unde secundum Aug. in lib. 83. quaestionum, duo pisces Evangelici duas personas significabant, quae antiquitus ungebantur, & more piscium tanquam in procelloso mari, sic in turbulenta populi administratione versabantur.

Apoc. 7.

Apoc. 5.

Aug. lib.

83. quaest.

Habet consecratio Chrismatis officium suum ipso die per se, quod inchoatur à Sursum corda, & terminatur ibi; Per Iesum Christum dominum nostrum. Consecratur autem in eo loco, ubi pacem dare solemus: ut pax & concordia regnet in nobis penitus. Olea enim est arbor pacis insignis, ut dicit Isidorus, & ut verba testatur consecrationis;

¶ 6 sed

- sed pax praefigurata est in nobis ar.
 ca Noë, cum columba attulit ra.
 Gen. 8. mum virentis oliuae, significans pa-
 cem redditam terra. Fit autē Chri-
 sma ex oleo & balsamo: per oleum
 Matt. 25. nitor conscientiae. Unde & pruden-
 tes Virgines acceperunt oleum in
 vasis cum lampadibus. Per balsa-
 mum odor bona fama. Unde in Ec-
 cles. Sicut balsamum aromatizans
 odorem dedit. Habeat ergo Chri-
 smandus nitorem conscientiae, quan-
 tum ad Deū interius; odorem fama,
 quantū ad proximum exterius. De
 primo dicitur, Gloria nostra, hoc
 est, testimoniū consciētiae nostrae: de
 secundo, Christi bonus odor sumus.
 Potest etiam nitor iste referri ad
 istum caelestem splendorem, qui ni-
 tebat in vultu Christi, à quo Chri-
 sma habet suam virtutem. Unde
 Ioan. 1. Hieron. ad Principiam virginem:
 Virgo de virgine, &c. Qui non ex
 volun-

voluntate viri, sed ex Deo natus
 est. Nisi enim habuisset in vultu
 quiddam oculisque sydereum, nus-
 quam eum statim sequenti fuissent **Ioan. 18.**
 Apostoli, nec qui ad comprehen-
 dendum venerant, corruissent. Hoc
 est etiam oleum, quod nos incundos
 efficit, & serenos, sicut dicitur in **Psal. 107.**
 psalm. *Vt exhilaret faciem in oleo.*
 Modus autem huius consecrationis
 secundum libellum Romani ordinis
 sic notatur: Duo Acoluthi inuolu-
 tas ampullas cum syndone alba de
 serico, ita ut videri possint, teneant
 in brachio sinistro. Et antequam be-
 nedicat Episcopus, alat ter in am-
 pullam. Ampulla autem quæ cum
 Chrismate est, statim cum benedi-
 cta, fuerit cooperitur, ut à nemine
 nuda videatur. Sed tenente eam
 Acolutho omnes per ordinem salu-
 tant, dicentes: *Aue sanctum Ole-
 um.* Primò Episcopus, deinde alij.

Diony-
sius lib.
de Eccl.
Hierar.

Thob. 12

Hoc autē mysterium aliter exponit
Dionysius, aliter Amaladius. Diony-
sius enim in lib. de Eccles. Hierar.
capit. de his quæ sunt in unguento
dicit: Mystica Chrismatis compo-
sitio significat dominum Iesum exi-
stentē, fontanam copiam diuinariū,
& suauū susceptionem refundentē
de sua plenitudine diuinissimas fla-
grantias, in quibus ad mentes Dei-
formes, in quas primò recipiuntur
& delectantur in eis, & alijs im-
partiuntur. Chrismatis autem cir-
cumuelatio significat, quod viri spi-
rituales suas virtutes & gratias co-
operiunt propter fugam vana glo-
rie: Chrismatis autem reuelatio
significat mysteria, quæ sunt spiri-
tualibus manifestanda. Ut enim
dicitur in Thob. Sacramentum re-
gis abscondere bonum est, opera au-
tem reuelare & confiteri honori-
ficum est, & cetera quæ dicuntur
ibidem.

ibidem. Secundum autem Amal-
 lasium ampulla cum Chrismate cor-
 pus Christi significat assumptum de
 Virgine, quod, antequam transiret
 ad Altare crucis, aliquo tempore
 erat coopertum, & aliquo nudum.
 Quando enim fugit Herodem; ac si Matt. 2.
 non esset Rex regum: quando por-
 tatus est ad templum, ac si non esset Luc. 2.
 omnipotens: quando parentibus Luc. 2.
 eius redeuntibus ad Hierusalem,
 requisitus est inter cognatos & no-
 tos, ac si non esset ubique: quando
 inuentus est inter Doctores audi- Ibidem.
 ens & interrogans eos, quasi non
 esset fons sapientie. Quodam mo-
 do coopertus erat & hoc alba Syn-
 done, scilicet mundissima conuer-
 satione vel sanctissima carne. Nu-
 dum autem erat, quando diuini-
 tatem qua latuerat per mira-
 cula qua faciebat. Nemo e-
 nim poterat facere opera que
 facie-

Matt. 27. faciebat, nisi esset Deus cum eo. Sed
 Marc. 15. postquam transiit ad crucem, nu-
 Luc. 23. dum fuit corpus eius; quod significa-
 Ioan. 19. tur per ampullæ nuditatem, quæ ab
 Episcopo & eius Diaconibus salu-
 tatur. Postquam verò salutata est
 ampulla à Pontifice & ministris
 cooperitur, ut à nemine nuda videa-
 tur; quia Christus postquam presen-
 tiam corporalem hominibus subtra-
 xit, inuisibilis factus hominibus in
 cælum adscēdit. Quod autem dici-
 tur quod Episcopus ter alat in am-
 pullam, cuius alitus idem sit, quod
 significat Episcopus Spiritum san-
 ctum inhabitare super Christum.

Hæc igitur unctio qua inungun-
 tur Christiani post baptismum, se-
 mel in vertice, & semel in fronte.
 Sed licet in Confirmatione exceptis
 spiritalibus unctionibus, quæ fiunt
 de isto eodem Chrismate quo utun-
 tur Pontifices siue in celebratione
 ordi-

ordinum, siue in consecratione Regum, siue in benedictione sacrorum vasorum & altarium. Baptizandus igitur in pectore inungitur, ut per Spiritus sancti donum abijciat errorem & ignoratiam, & suscipiat fidem rectam: quia iustus ex fide uiuit. Inter scapulas, ut per Spiritus sancti gratiam excutiat negligentiam & torporem, & exerceat operationem bonam, ut per fidem sit munditia cogitationum in pectore: per operis exercitium, sit fortitudo laborum in scapulis. In vertice uero ungitur baptizatus, ut sit paratus reddere rationem de fide omnipetenti. Per caput enim mens intelligitur, cuius vertex est ratio. In fronte similiter ungitur baptizatus, ut liberè confiteatur quod credit: quia corde creditur ad iustitiam, Rom. 10. ore autem confessio fit ad salutem. Unde in fronte, quæ est sedes ueracundia,

*cundia, crux imprimitur, ut talis
Christum confiteri nullatenus ve-
reatur. Vnde scriptum est: Qui me
erubuerit & meos sermones, huius
filius hominis erubescet.*

Luc. 9.

Matt. 10.

Marc. 8.

2. Tim. 2.

CAP. XXXIII.

Ad quid
valeant
Chrisma
& qui
hoc oleo
sancto
consecrē
tur fusi⁹
explicat.

HOC igitur oleo sancto, quod
Chrisma nominatur, confir-
mandus consecratur, in qua confir-
matione datur Spiritus sanctus ad
robur. Et cum ceteras unctiones
simplex Sacerdos valeat exhibe-
re, hanc tamen non nisi summus
Sacerdos, id est, Episcopus debet
conferre: quia de solis Apostolis
legitur, quorum vicarij sunt Epi-
scopi, quod per manuum imposi-
tionem Spiritum sanctum dabant.
Sicut legitur in Actibus Apo-
stolorum: Cum audissent Apo-
stoli, &c. Hoc igitur formam
unam habuit tempore Apostolo-
rum

Act. 8.

rum per manus impositionem, sed postmodum secundum constitutum Ecclesie per verborum expressionem. Hec autem sunt verba quae profert Episcopus: Confirmo te signo crucis & Chrismate salutis, in nomine Patris, &c. Signo enim crucis dicitur, ut ex ignominia crucis non confundatur confiteri humanitatem. Distinguuntur enim nomina personarum, ut confiteatur trium personarum diuinitatem. Ut autem innotescat eius status suus & Sacramenti effectus dicitur, Chrismate salutis, in hoc perpendens se locum tenere pugilis. DEVS autem per potentiam suam hunc pugilem roborat, per sapientiam illuminat, & per bonitatem remunerat. Sic enim pugiles inunguntur ut congregiantur: & sic pugil noster luctans contra vitia & Demones suam impedi-

pedientia Deificationem certando
superans Christi vestigijs conforme
tur, & per hoc salutem cōsequitur.

Istius autem consecrationis soli, sic
ut dictum est, Episcopi sunt mini-
stri: tamen quia soli Apostoli hoc
Sacramentum instituerunt & ex-
ercuerunt, sicut habetur ex duobus

Act. 19. locis in Actibus Apostolorum, ex
illo, ubi dicitur: Factum est cum
Apollo esset Corinthi, &c. & sequi-
tur: Cum audissent in nomine Do-
mini Iesu, & cum imposuisset illis
manus Paulus, venit Spiritus san-
ctus super istos, & loquebantur lin-

Act. 8. guis, & prophetabant. Et in alio lo-
co, &c. Cum audissent Apostoli,
quia recepit Samaria verbū Dei,
miserunt ad eos Petrum & Ioan-

Ibidem. nem, &c. & sequitur: Imponebant
manus super illos, & accipiebant
Spiritum sanctum. Similiter ad so-
los Episcopos pertinebat hoc Sacra-

men-

mentum. Nam loquentes usualiter subditi possunt aliquid promittere, sed maiorum est illud confirmare: sic initiari potest Neophytus & Catechizari ad fidei rudimenta per Clericos, baptizari per simplices Sacerdotes, confirmari per Episcopos solos, qui successerunt in Ecclesia loco Apostolorum, sicut saepe dictum est. Unde & haec omnia confirmat dictum Innocentij dicentis, non ab alio quam ab Episcopo fieri licere. Nam Presbyteri licet sint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent: hoc autem solis Pontificibus debetur, vel ut consignent, vel per habitum sanctum tradant. quod non solum Ecclesiastica consuetudo demonstrat, verum etiam ista lectio Actuum Apostolorum, quae asserit Petrum & Iohannem esse directos, qui iam baptizatis traderent Spiritum sanctum.

Act. 19.

Nans

158 DE OFF. EPISC.

Nam Presbyteri siue extra Episcopum, siue presente Episcopo cum baptizant, Chrismate baptizatos ungerere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex oleo eodem signare, quod solum debetur Episcopis cum tradunt Spiritum sanctum.

CAP. XXXVIII.

Describit
mysterium
sex ablu-
tionum,
quæ hoc
die sol-
lemniter
celebra-
bantur.

Ioan. 13.

Sunt et alia multa insignia quæ celebrantur eodem die. Est enim illa dies una de precipuis sollempnitatibus anni, et, ut de cæteris sileamus, de sex ablutioibus quæ eodem die sollempnizant ecclesia, quæ consistunt in tribus: in aqua, in lachrymis et in sanguine. In aqua dupliciter, aut materiali, quod fit in ablutio-
ne pedum, prout in Evangelio Ioannis dicitur, quod illa die misit Iesus aquam in pelvum, et lauit pedes discipulorum.

disci-

TRACTAT. 159

discipulorum suorum, &c. aut
 spiritali; de quo in Ecclesiastico: Eccles. 5.
 Sicut aqua extinguit ignem, ita
 eleemosyna extinguit peccatum. In-
 de est quod illa die instituit Domi-
 nus lotionem pedum propter com-
 mendandam humilitatem, & fie-
 ri contingit eleemosynarum lar-
 gitionem propter charitatem. Se-
 cunda ablutio fit in lachrymis,
 siue sint lachrymæ materiales, quæ
 profluunt ex arboribus ad confe-
 ctionem Sacramentum, ad unctio-
 nem fidelium: Balsamum enim est
 gummi fluens ab arbore, ex quo
 cum oleo conficitur Chrisma, per
 quod intelligitur, ut dictum est, con-
 scientia & fama, quæ sunt animæ
 mundamina: siue pœnitentiales,
 quæ fluunt ex oculis ad lamentum
 in reconciliationem pœnitentium.
 Tertia ablutio fit in sanguine, quæ
 duplex in illa die similiter intelli-
 gitur:

gitur: una est enim sanguinis in precium, altera sanguinis in nostra fragilitatis remedium. Idem enim sanguis Christi, qui semel effusus est in precium, quotidie sacrificatur in altari in remedium: de quo sanguine

Luc. 22. dictum est: Hic calix novi Testamenti in meo sanguine. De cuius mundamine iterum scriptum est: Apoc. 1.

Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Inde est quod propter reuerentiam sacræ institutionis, quæ eadem die conficitur,

Gloria in excelsis sollempniter decantatur, & cum Gloria patri illo die dicitur. Triduo enim Dominus iacuit in sepulchro, à parte totum significatio. Unde scriptum est: Sic

Matt. 12.
Jonæ 2.

ut fuit Ionas tribus diebus & tribus noctibus in ventre ceti: ita erit filius hominis tribus diebus, & tribus noctibus in corde terra. Quod exponens D. August. in 1. libro quaestio-

stio-

TRACTAT. 161

stionū Evangeliorum dicit: Sextæ
 feria diei partē qua sepultus est cū
 præterita nocte, ꝑ nocte & die acci-
 piens, hoc est, pro toto die. Sabbatū
 nocte & die, & noctē dominicā cum
 eodē die illucescente, ac per hoc acci-
 piendo partē pro toto, habes tridū
 & tres noctes. Triduo ergo nostro
 sepulturam eius ad memoriā redu-
 cimus, quam non recolimus celebrā-
 do, nisi addatur cum sexta feria &
 septima et quinta. Dominica enim,
 nox in magna gloria celebratur,
 sicut patet omnibus, qui morem no-
 stræ Ecclesiæ tenent, ut dicit Aug.
 in sermone quem facit ad populum
 in vigilis Paschæ. Per tres igitur
 dies, id est, quinta feria, sexta & se-
 ptima triduanam sepulturam Do-
 mini celebramus. & ideo ut confor-
 memur humilitati sepulturæ eius
 excelsa nostra dimittimus, campa-
 nas, Gloria patri non dicimus. Hæc

H sunt

sunt ergo, quæ in die cœnæ facimus
oleum ad triplicem usum consecra-
mus, corpus Domini usq; in crasti-
num reseruamus, gloria patri non
dicimus, pœnitentes absolui-
mus, pedes fratrum & pauimenta Ecclesia
lauamus, & altaria denudamus, os-
sculum etiam pacis non damus, ne
videamur applaudere factò Iuda,

Matt. 26. qui osculo tradidit Christum. denu-
dantur altaria, quia discipuli reli-

Ibidem. Etò Christo domino fugerunt, qui si-
gnificantur per altaris vestimenta.

Ioan. 13. In lotionè pedum imitamur Christi
humilitatem & factum, sicut sonat
istius diei Euangelium. Lauantur
altaria vino & aqua: quæ ex latere
Christi exierunt duo Sacramenta,
Sanguis redẽptionis, & aqua ablutio-
nis, per quæ mundatur ecclesia: quæ
sunt Baptismus & Eucharistia. Cor-
pus domini reseruatur à quinta fe-
ria usq; ad Parasceuen: quia cū in

Parasce-

TRACTAT. 163

Parasceue nō conficiatur corpus do-
mini, qui cōmunicare voluerint ha-
bent sacrificium ex die priori.

CAP. XXXV.

Quoniam dies illa quæ Coena dicitur, quartadecima dies est primi mensis, quando agnus Paschalis secundum legem ad vespērā immolabatur, & de eius sanguine uterq; postis cū superliminaribus linebatur. Ideo dies illa coena domini dicitur, quando dominus post completum Pascha typicum ad verum Pascha transiens, mysterium corporis & sanguinis sui primū Apostolis dedit, cū proditor precium sanguinis à Iudæis accipiens CHRISTI sanguinem vendidit. Unde eo die Sacramentum altaris dominus instituit: quod in memoriam passionis dominicæ Christianus populus colit. Unde illo die præcipuè sermo debet fieri vel de Sacramento altaris,

Cur hæc dies dicta sit coena domini per pulchre docet. Exod. 12.

Matt. 26.

vel de dilectione Christi. Potest igitur thema istud proponi, quod scribitur in Apocalypsi, ex utraque parte fluminis lignum vite afferens fructus duodecim per singulos menses, &c.

CAP. XXXXVI.

Diem cœ
næ sequi
tur Para-
sceue
Domini,
& quid
eo die fi-
at, aperit

Deut. 8.

Matt. 27.

Sequitur de Parasceue domini, quæ sollemnis habetur, quia illo die Christus patiebatur, & populus qui per lignum fuerat exclusus, reuocaretur. Parasceue autem præparatio dicitur: quia tunc Iudei preparabant cibos, quibus in Sabbato vescerentur. Sicut de Manna quondam dicebatur, quod duplum in sexta feria colligebatur, quia in Sabbato non permittebatur colligi. Circa horam nonam ad Ecclesiam cōueniunt fideles, representantes hoc quod Ioseph & Nicodemus venerunt ad sepeliendum dominum. Legitur autem primò le-

Etia

Etio ex Osea Prophet. Hi scilicet
 in tribulatio sua manè consurgent
 ad me, venite & reuertamur ad
 Dominū: quia ipse coepit, & sanabit
 nos, percutiet, & curabit nos; viui-
 ficabit nos post duos dies, & tertia
 die suscitabit nos. Ibi apertè agitur
 de Christi resurrectione, ut passio
 Christi non terreat, quos spes resur-
 rectionis letificat. Postea sequitur
 Tractus de Abacuc, qui apertius de Abac. 3.
 passione pphetavit, ubi dixit: Cor-
 nua in manibus eius. Postea legitur Exod. 12.
 lectio Exod. de agno Paschali, per
 quod intelligitur immolatio IESV
 Christi: secundum autem Ioannem
 passio, hac de causa, quia Ioannes Ioan. 19.
 presens fuit, quando Christus in
 cruce pendens matrem virginem
 virgini commendauit, vnde con-
 gruum testimonium ferre potuit.
 Eadem die fiunt spirituales oratio-
 nes pro omni statu Ecclesie: quia

- Ioan. 17.** Christus postquam oravit pro discipulis, dixit: Domine, non pro eis rogo tantum, sed pro his qui per verbum eorum credituri sunt in me. In oratione autem quae fit pro Indaeis genua non flectimus: quia ipsi flectentes genua Domino illudebant. Notandum etiam quod illa die corpus Domini non conficitur, cuius plures causae super illud Hierem. 2. rem. Repulit Dominus Altare suum, assignantur. Hec autem causa ad praesens sufficiat, quia illa die hostia sine velamine est oblata. Ideo illa die sub velamine non offertur. Notandum autem quod quando Crux ante populum deferretur, quod tres Antiphonae decantantur, scilicet, Popule meus, quia eduxi te, &c. quod significat triplicem scripturam tituli. erat enim scriptus Hebraicè, Graecè, & Latine. A choro autem tantum respondetur
- Matt. 27.**
- Thren. 2.**
- Mich. 2.**

detur græcè & latinè, quoniã adhuc
 tertia lingua, scilicet Hebræa filet.
 Quòd verò Crux eo die discooperi-
 tur, significat mysteria legis in mor-
 te Christi esse reuelata. Tenebræ Ioan, 19.
 autem quæ facta sunt eo moriente
 significat cecitatem Iudæorū. quod
 verò os ex eo non est comminutum,
 significat quòd virtus eius ex passio-
 ne non est comminuta. Scissio au- Matt. 27.
 tem veli, reserationem significat
 figurarum, quasi autem in silentio
 finitur officium: quia nondum Ec-
 clesie redditum est caput suum.

CAP. XXXVII.

Prelibatus quibusdam genera-
 libus ad Parasceuen pertinen-
 tibus quædam specialia sunt ponen-
 da, & quædam generalia ad tres di-
 es pertinentia. Primò de speciali-
 bus. Notandum ergo quòd in die
 Parasceues Missa non celebra-

Postquã
 quædam
 generalia
 ad Para-
 sceuē per-
 tinentia
 descripsit
 nunc cõ-
 sequēter
 quædam
 specialia
 adducit.

tur. Unde decretum Innocentij est, *tur*
 dicentis: Constat Apostolos biduo *vin*
 isto in tristitia & in mœrore fuisse, *nes*
 & propter metum Iudeorum se oc- *les*
 culuisse. Biduum memoratur, *ino*
 traditio Ecclesie habeat. isto biduo *gan*
 sacramenta penitus non celebrari. *por*
 & loquitur de sexta feria & septi- *pha*
 ma. Illa igitur sexta die corpus Chri- *stor*
 sti non conficitur specialiter, quia *req*
 pro nobis, sicut dictum est, Christus *cap*
 sine figura immolabatur: & quia *br*
 illo sublatus est sponsus Ecclesie cum *tia*
 descenderit ad inferos tali die. Illo *run*
 autem die specialiter crux adora- *Im*
 tur, quæ ab adstantibus ante Altare *pio*
 osculatur & salutatur. Ipsa enim *A*
 est, ut dicit Chrysost. glorificanda *me*
 & adoranda, dicit enim: Crux est *ca*
 spes Christianorû, resurrectio mor- *cl*
 tuorum, cecorum dux, desperato- *te*
 rum via, claudorum baculus, con- *ru*
 solatio pauperum, refrenatio divi- *pe*
 tum.

Chryso-
stomus.

tum, destructio superborum, malè
 viuentium pœna, aduersus demo-
 nes triumphus, denictio diaboli, ado-
 lescentium pedagogus, sustentatio
 inopum, spes desperatorum, nau-
 gantium gubernator, periclitantiũ
 portus, obsessorum murus, pater or-
 phanorum, defensor viduarum, iu-
 storum consiliarius, tribulorum
 requies, paruulorum custos, virorũ
 caput, senum finis, lumen in tene-
 bris, sedentium regum magnificen-
 tia, scutum perpetuum, insensato-
 rum sapientia, libertas seruorum,
 Imperatorum Philosophia, lex im-
 piorum prophetarum, annunciatio
 Apostolorum, martyrum gloriatio,
 monachorum abstinentia, virginũ
 castitas, gaudium sacerdotum, Ec-
 clesie fundamentũ, orbis terra cau-
 tela, templorum destructio, idolo-
 rum repulsio, scādalum Iudaorum,
 perditio impiorum, inualidorum

Hier. in
Epist. ad
Ephes.

Philip. 2.

virtus, egrotantium medicus, emun-
datio leproforum, paraclitorum re-
quies, esuriētium panis, sitientium
fons, nudorum protectio, de qua
Hieronymus in tractatu Epistola
ad Ephesios: **Crux CHRISTI**
non solum nobis, sed & Angelis
cunctisq; in caelo virtutibus pro-
fuit & aperuit Sacramentum,
quod antea nesciebant. Quia er-
go illo die quo crucem osculamur
humiliatus est pro nobis usque ad
mortem crucis; bene congruum est,
ut tota deuotione ante crucem pro-
sternamur, nō creaturam aliquam
colendo, sed ipsum qui in ea passus
est, odorando: & illud vexillum re-
gium **CHRISTI** sanguine rubrica-
tum, venerandum, ut corpore pro-
sternamur ante crucem, & mente
ante Deum: quod sonat illud, quod
adorando dicere debemus: **Crucem
tuam adoramus Domine, & san-**
Etans

Etiam Resurrectionem tuam laudamus & glorificamus. Et Beatus

Hieronymus in libro de vita Paulæ: Prostrata erat ante crucem quasi Dominum in cruce penden-

tem cerneret. Hoc enim signum bellicum inter alia preciosius erat, eò quòd Imperatorem præcedere & adorari à militibus solebat.

Scribit etiam Beda in libro historiae Anglorum, quod Osualdo fidei regi & Christianissimo, qui in periculo positus, subito fecit crucem: eaque adorata ab ipso & ab uniuerso exercitu suo, post orationis effusionem consequutus est victoriam. Et Sedulius de ipsa

in Paschali carmine: Quattuor inde plagas quadrati colligit orbis: Splendidus auctoris de vertice fulget Eous. Occiduo sacra lambuntur sydere planta, Arcum dextra tenet, medium laeva erigit axem.

Hier. in libro de vita Paulæ.

Beda in lib. hist. Anglorum.

Sedulius lib. 4.

172 DE OFF. EPISC.

Unde non immerito crux viuifica
nominatur: quia sicut primus Adā
qui fuerat causa perditionis, per
quatuor partes mūdi dispersus erat:
sic secundus Adam, qui causa est
saluationis, quatuor partes mundi
statu sui corporis comprehendit in
ligno. Tres autem adorationes fa-
cimur; quater propter nos fuit Chri-
stus illusus: primo, flexis genibus ve-
lata eius facie in atrio Pontificis; se-
cundo, ante pratorium quando illo
tradito Iudeis à Pilato, ut crucifi-
gerent eum, milites pleclentes coro-
nam de spinis, flexis genibus illude-
bant ei: tertio, quando transeuntes
dicebant Christo in cruce: Uah
qui destruis templum Dei, &c. Tri-
pliciter autem crucifixus legitur
Dominus illo die: Hora tertia lin-
guis Iudeorum dicentium; Tolle,
tolle, crucifige eum: hora sexta, cum
positus fuit in cruce: hora nona,
quater-

Matt. 26.

Matt. 27.

Matt. 27.

Ibidem.

Ibidem.

quando expirauit. Eadem hora per totum annum ad celebrandum Missas canonicè sunt instituta, quae Christi passionem mysticè representant. Unde diebus festis hora tertia; diebus profestis, hora sexta; & in ieiunijs hora nona celebratur Missa. Sunt & alia quadam generalia ad hoc triduum pertinentia, ut tres. uigilia trium noctium, quae tres horas generalis eclipsis designant, quando, teste Euangelio Lucae, sol obscuratus est, & tenebrae factae sunt super uniuersam terram ab hora sexta usq; ad horam nonam: quod infideles accidisse dicebant naturaliter, non miraculose. Quod esse non potest, sicut patet in Epistola Dionysij ad Apollophanem: In memoriam igitur illius eclipsis, quae fuit horis tribus, & nos tenebras tribus noctibus facimus & candles accendimus, & successinè eas

Luc. 23.

Dionysius ad Apollophanem.

H 7 extingui-

extinguimus, ut defectum fidei Apostolorum significemus. In Threnis Thren. 3. Hier. legimus; quia sicut Hieremias Iosia mortem deploravit, sic nos Christi passionem. Diurnum officium silenter dicitur, sed nocturnum altè cantatur. Nocturnum enim officium significat vaticinium prophetarum, qui alta voce quae de Christo ventura erant, praedixerunt. Hora autem diei, quibus in Evangelio comparantur Apostoli, cantantur submissè: quia praedictio eorum cessavit in passione. Ad Benedictus autem dicitur antiphona voce terribili & alta, significans cohortis tumultum, quam adduxit Judas, quando cū gladijs & fustibus tradidit Christum. Ignis autè qui reservatur, significat Christi divinitatem, quae licet occultaretur, non tamen extinguebatur.

Post Parasceuen sequitur sab-
 batum sanctum. Sicut enim
 completis operibus creationis die se-
 ptimo requieuit Dominus ab om-
 ni opere quod patrarat: ita com-
 pletis operibus recreationis septi-
 ma die Dominus in sepulchro re-
 quieuit. Incipit autem officium
 illius diei à benedictione cerei, quæ
 à Diacono debet fieri, sicut præ-
 ceptum est ex constitutione Papa
 Zozymi. Significatur autem iste
 cereus per columnam nubis, quæ
 filios Israël in nocte illuminauit.
 Unde in benedictione cerei dici-
 tur: Hæc igitur nox est, quæ
 peccatorum tenebras columna illu-
 minatione purgauit. Secundum
 autem consuetudinem Romane Ec-
 clesie eodem die benedicatur cera
 oleo mista, & inde debent agni fieri
 usq; ad octauas paschæ reseruandi:
 in qui-

Absolu-
 tis Para-
 sceues
 mysterijs
 tandem
 peruenit
 ad sabba-
 tum san-
 ctum: cu-
 ius quo-
 que my-
 steria
 nunc ape-
 rit & c.
 narrat.
 Gen. 2.
 Matt. 27.

176 DE OFF. EPISC.

in quibus omnibus significatur agnus pro nobis immolatus ad memoriam reducendus. Ea verò die generalis in Ecclesia celebratur Baptismus, eò quòd suam efficaciam sortitus sit ex passione Iesu Christi. Unde legitur prima lectio de Genesi, que pertinet ad sanctificationem Baptismi. Unde scribitur: Spiritus domini ferebatur super aquas.

Gen. I.

Ibidem.

Alia autem de causa legitur lectio de Genesi, scilicet: In principio creavit Deus coelum & terram, &c. quia mysticè per opera creationis intelliguntur opera recreationis, quibus completis eadem die requievit Salvator. Leguntur autem lectiones sine titulis, tum quia Christus caput nostrum nondum est nobis redditum; tum & propter Neophytos, qui nondum etiam habent notitiam scripturarum, quibus non expedit premittere nomina librorum.

rum. Secunda lectio similiter per-
 tinet ad Baptismum, quæ est ex
 Exod. Hoc, scilicet, factum est in Exod. 14.
 vigilia matutina, &c. ubi agitur de
 submersione Aegyptiorum, & de
 transitu maris rubri; per quæ figu-
 ratur remissio peccatorum in ba-
 ptismo, & transitus de tenebris pec-
 catorum ad poenitentia desertum.
 Cum enim, teste Apostolo, Christus
 mortuus sit propter peccata nostra,
 & resurrexit propter iustificatio-
 nem nostram; debemus & nos trans-
 ire de morte culpæ ad vitam gloria,
 de Aegypto, id est, de tenebris pecca-
 torum, debemus transire ad clari-
 tatem virtutum. Notandum autem
 quod officium huius diei in vespera
 debet celebrari, quia pertinet ad re-
 surrectionem. Similiter & vigilia
 illius noctis non debent appellari te-
 nebra, sed potius gloria resurrectio-
 nis. Tertia lectio legitur de Esaia:
 Appre-

- Esa. 4.** *Apprehendent septem mulieres unum, &c. In qua ostenditur quod gratia spiritus sancti & donum septem in Baptismo dentur baptizatis, plenissime tamen fuerunt in Christo. Unde super prædictum locum Esaiæ dicit Origenes: Spiritus sanctus in alijs sanctis inuenit habitum, in solo Christo habuit domicilium quietis.*
- Deut. 31.** *Quarta verò lectio est Deuteronomio: Hoc scilicet scripsit Moyses canonicum, & docuit filios Israël, quæ pertinet ad instructionem renatorum. Quinta verò lectio est Baruch.*
- Bar. 3.** *Hæc scilicet audi Israël madata vocata, &c. ubi agitur de promissione premiorum, quæ per Christi passionem baptizatis fidelibus largiuntur. Lectio autem lectioibus vadit processio ad fontes cum latanijs. Immittitur autem cereus fonti, ad designandum quod tactu suæ mundissimæ carnis*
- vino*

vim regeneratiuam contulit aquis.

Præterea cereus significat colum-

nam ignis & nubis, quæ filiis Israël **Exod. 13.**

præstabat refrigerium contra ca-

lorem, & illuminationem contra

tenebras noctis. Sic virtute Christi

datur baptizatis refrigerium con-

tra incontinentia vitiorum, & illumi-

nationem contra tenebras cecitatis

& ignorantia. Sanctificatis autem

fontibus redit processio ad chorum

cum latanijs; & sine introitu à Ky-

rieleyson in officium Misse, quod

pertinet ad gloriam resurrectionis.

Postea verò alta voce cantatur

Gloria in excelsis, & tunc pul-

santur omnes campanæ in signum

vniversalis letitia de resurrectio-

ne. Postea legitur Epistola ad

Coloss. Si consurrexistis cum Chri- **Colof. 3.**

sto, &c. Postea alta voce cantatur

Alleluia. Et quia grandis re-

stat labor post primam resurre-

ctio.

Etionem donec veniatur ad secundam, ideo sequitur Tractus: Laudate dominum, &c. Postea verò legitur Euangelium secundum Mattheum. Vespere autem sabbati, &c. Illa die non cantatur Offerenda: quia oblatus est Christus, qui est vera hostia, & propter hoc quod sancte mulieres latenter & cum silentio ad monumentum venerunt cum aromatibus. In illa Missa osculum pacis non datur; quia Christus qui est pax nostra, nondum à mortuis suscitatur.



Explicit Tractatus de officio Ecclesie.


C.
cum.
Lan.
ròle.
Matt.
la du
a ob.
a ho.
em
io ad
aro.
z pa.
nieß
-


ERRORES INCURIA
operariorum admissos sic
corrigit.


<i>Colum.</i>	<i>Lin.</i>	<i>Lege.</i>
6. Epistola nuncup.	22.	Hostensi.
12.	3.	Agonotheta.
19.	14.	servandum: quàm.
27.	22.	expediuntur.
27.	22.	negotijs.


Reliquos candido Lectori relinquo.


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN













Guillem
de Tor
nall
1200

Tn
2346